Rest. R. Jahody 1933. Grzbiet nowy. Nowe wyklejki i wszywki. K. D.

II

Heroidum

Heroidum



Vinculo nasum coniungere namque decet


Finis per mquez

Optim operitur pessimo


Liber Epistolarum Ovidii, qui intitulatur Heroidum.

Stanislaus

Aplicas mandat nobis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] monasterii [illegible] negociis huiusmodi cause et causis dicte Eccl[illegible]
sue ideo huiusmodi literas oportunas decreuimus fore dandum Sed quia aliis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] huiusmodi cause et causas dicte ecclesie Sancti floriani vobis ven[erabi]li viro magistro Math[illegible]
[illegible] interesse ac ipsis preesse non valemus ideo huiusmodi causam et causas [illegible] Sancti floriani decretorum licentiato plurimum in domino confidimus causam et causas huiusmodi [illegible]
no, S[illegible] [illegible] Baccalario [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
sancti floriani omnes et singulas generales et speciales [illegible] [illegible] [illegible] quibuscumque [illegible] [illegible] vel secularibus [illegible] [illegible] et [illegible]
natorum Aplicarum pro ut nobis sunt directe vices nostras plenarias committimus et subdelegamus cum omnibus eorum emergentibus [illegible] [illegible]
audiendum tractandum et fine debito terminandum tamdiu donec eas ad nos duxerimus revocandas [illegible] Mandantes vobis in virtute
obediencie et sub excommunicacionis pena quam in vos trina canonica monicione premissa ferimus in hiis scriptis nisi feceritis ea que vob[is]
parte prefatum [illegible] in causa et causis huiusmodi vocatis hiis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis quod iustum fuerit decernatis fa[ciatis]
decreueritis per censuram ecclesiasticam secundum easdem literas Aplicas firmiter observare Testes vero qui nominati fuerint si se gracia vel odio favore tim[ore]
amore subtraxerint testimonium veritati simili censura cogatis perhibere In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras subdelegacionis [illegible]
per circumspectum Stanislaum pauli de opol clericum wratislauiensis diocesis publicum imperiali auctoritate [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nobis scribam [illegible]
licari nostrique sigilli appensione iussimus communiri Actum et datum Cracouie in domo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Sub Anno Na[tivitatis]
domini Millesimoquadringentesimotricesimonono Indiccione secunda pontificatus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] divina providencia pape qu[arti]
primus nono die vero mercurii vicesimaquarta mensis novembris hora [illegible] [illegible] [illegible] domino Magistro Jacobo de p[illegible]
theologie professore Stanislao Blasii de lanczicia Blasio petri de [illegible] et Sag[illegible] [illegible] Gneznensis et Cracouiensis
testibus circa premissa vocatis specialiter et rogatis



Et ego Stanislaus pauli de oppol alias de [illegible] clericus wratislauien[sis]
publicus Imperiali auctoritate notarius Iuratus huiusmodi coram [illegible]
religioso viro domino domino Judice principali et Conseruatore prelibato [illegible]
predicte subdelegacionis commissioni omnibusque aliis et singulis [illegible]
sic, ut premittitur agerentur et fierent vocarentur pronunciarentur testibus presentibus [illegible]
omnia et singula premissa sic fieri vidi et audivi Ideo presens publicum [illegible]
me aliis occupatus negociis per alium fidelem scribi procuravi [illegible]
[illegible] subscripsi et in hanc publicam formam redegi Signoque et nom[ine]
et consueto [illegible] [illegible] [illegible] sigilli appensione consignavi rogatus
in fidem et testimonium omnium premissorum



[illegible]

Publij Vergilij Ma:ronis Moretum inc(ipit)

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas
Excubitorque diem cantu praedixerat ales
Simulus exigui cultor cum rusticus agri
Tristia venturae metuens ieiunia lucis
Membra levat vili sensim demissa grabato
Sollicitaque manu tenebras explorat inertes
Vestigatque focum laesus quem denique sensit
Parvulus exusto remanebat stipite fumus
Et cinis obductae celabat lumina prunae
Admovet his pronam submissa fronte lucernam
Et producit acu stupas humore carentes
Excitat et crebris languentem flatibus ignem
Tandem concepto tenebrae fulgore recedunt
Oppositaque manu lumen defendit ab aura
Et reserat clausae quae pervidet ostia clavis
Fusus erat terra frumenti pauper acervus
Hinc sibi depromit quantum mensura patebat
Quae bis in octonas excurrit pondere libras
Inde abit assistitque molae parvaque tabella
Quam fixam paries illos servabat in usus
Lumina fida locat geminos tunc veste lacertos
Liberat et cinctus villosae tegmine caprae
Perverrit cauda silices gremiumque molarum

[illegible]

Advocat inde manus operi partitus utrumque
Leva misterio dextra est intenta labori
Hec rotat assiduum gyris et concitat orbem
Trita ceres silicum rabido decurrit ab ictu
Interdum fesse succedit leva sorori
Alternatque vices modo rustica carmina cantat
Agrestique suum solatur voce laborem
Interdum clamat cybale hec erat unica custos
Afra genus tota patriam testante figura
Torta coma labroque tumens et fusca colore
Pectora lata tumet mammis compressior alvo
Continuis per rimis calcanea scissa rigebat
Cruribus exilis spatiosa prodiga planta
Hanc vocat atque arsura focis impone ligna
Imperat et flamma gelidos adolere liquores
Sed Postquam implevit opus debitum versatile finem
Transfert inde manu fusas in cribra farinas
Et quatit et remanent summo purgamina dorso
Subsidet syncera foraminibusque liquatur
Emundata ceres levi tunc protinus illam
Componit tabula tepidas superingerit undas
Contrahit admixtas tunc fontes atque farinas
Transversat durato manu liquidoque coactu
Interdum grumos spargit sale iamque subactum
Format opus palmisque suis dilatat in orbem
Et notat impressis equo discrimine quadris

Infert inde foco tybale nunc duratā aptum
Ante locū. testus q̄ tegens sop aggerat ignes
Dumque suas pagit vulcanus vestaque partes
Simulus interea vacua nō cessat in hora
Verum altam sibi querit opē neu sola palato
Sit nō grata ceres quas iungat compat escas
Non illi suspensa focū carnaria iuxta
Durata sale terga suis truncique vacabant
Traiectus mediū sparto sed caseus orbem
Et vetus astricti fascis pendebat aneti
Ergo aliā molitur sibi opē providus heros
Ortus erat iūctus casule que vicina pauca
Et calamis viduis levi muniebat arundo
Exiguus spacio variis sed fertilibus herbis
Non illi deerat quod pauperis exigit usus
Interdum locuples a paupere plura petebat
Nec sumptus erat illud opus sed regula cure
Si quando vacuū casula pluvie vel tenebat
Festa vel luce si forte labor cessabat aratri
Horti opus illud erat varias disponē plātas
Noverat et occulte committere semina terre
Vicinosque apte curat summittere rivos
Hic holus et hic late fundentes brachia beti
Fecundusque rumex maluque et inule que virebat
Hic siler et capiti nomē debentia porra
Hic etiā nocuū capiti gelidumque papaver
Grataque nobiliū requies lactuca ciborum

Et gravis in latum dimissa cucurbita ventrem
Verum hic non domini (quis enim contractior illo)
Plurima crescit ibi surgitque in gramina radix
Sed populi proventus erat nonisque diebus
Venales humero fasces portabat in urbem
Inde domum cervice levis gravis aere redibat
Vix unquam urbani comitatus merce macelli
Cepa rubens secti famem domat area porri
Queque trahunt acri vultum nasturcia morsu
Intibaque et venerem revocans eruca morantem
Tunc quoque tale aliquid meditans intraverat ortum
At primum leviter digitis tellure refossa
Quatuor educit cum spissis allia fibris
Inde comas apii graciles rutamque virentes
Vellit et exiguo coriandra trementia filo
Hec ubi collegit letum consedit ad ignem
Clara et inde famulam poscit mortaria voce
Singula tunc capitum nodoso corpore nudat
Et summis spoliat coriis contemptaque passim
Spargit humi atque abicit servatum gramine bulbum
Tingit aqua lapidesque cavum demittit in orbem
Hinc salis spargit micas sale duras adesto
Caseus adicitur dictas superinserit herbas
Et leva veste setosa sub inguina fulcit
Dextera pistillo (instrumento mortarii) primum fragantia mollit — Alla faciunt odorem sed odore fragabit vel flagrans cum flagrat sed poma recentia fragrant
Alia tum pariter mixto terit omnia succo (succus herbe illius collectis)
(sunt pestilla in orbe)
It manus in gyrum paulatim singula vires

Deperdunt proprias color est ex pluribus unus
Nec totus viridis quia lactea frustra repugnant
Nec de lacte nitens quia tot variatur a herbis
Sepe viri nares acer iaculatur apertas
Spiritus et simo damnat sua prandia vultu
Sepe manu summa lacrimantia lumina terget
Immeritoque furens dicit convicia fumo
Procedebat opus iam non salebrosus ut ante
Sed graviter lentusque ibat pistillus in orbem
Ergo palladii guttas instillat olivi
Exiguique super vires infundit aceti
Atque iterum commiscet opus commixtumque retractat
Tunc digitis demum mortaria tota duobus
Circuit inque globum distantia contrahit unum
Constet ut effecti species nomenque moreti
Eruit interea Scibale quoque sedula panem
Quem letis recepit manibus pulsoque timore
Iam famis inque diem securus Simulus illam
Ambit crura ocreis paribus tectusque galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuvencos
Atque agit in segetes et terre condit aratrum

Finis

Impnus siue Carmen zaphi[ri] In die paschate de inferoru vastacoe

Numinis.. sūmis.. humani redemptor
Cristus / excelso veniens olimpo
Mortuos iusta redemit neratos
morte parentes
Nigra nā dixi subito tijranni
Viscera ut quidqd caua cōtineret
Soluet dire stijgijqz fontes
Antea petiit
Quo sunt venit lucet atra semp
Nox ibi / obscurū chaos manebat
dispulit magna tu inferorum
Luce tenebras
Hic qz mirando renitens nitore
Vlla que vnqua supat potestas
Magna tonantis supas ad auras
ferre trophea
Constitit paulo validoss forti
postes dextera potens quatiens / ita inquit
Maximo reges rigidas tonanti
Tollite portas
Talibus vastū intonuit pfundū
Illico verb panidegz passim
postiū / atqz altas / adamāte structas
Standeret arces
Talibus cuncti tremuere dictis
principes / orcus stupefactus ipse
Conuocat magnos proceres et anceps
undiqz vulgus
Regiis sunt omb obsequuntur
vocibus / sedem veniut in vnā
Verba tum pluto qz conticebant
Talia fatur
O nigri reges herebi potentes
O quibus mecū stygys in oris
Est honos vnus parilisqz rerū
Cura laborqz
O duces quis nā nimio coruscus
Nrā candore petit orc regna
Quisue victorū sibi namqz tm
possit honore
Tam potens orc violentus atqz
Nullus intrauit penitus sepultā et
Carcerū umbrarū stygijs qz iura
Rumperet vnda

Impiger qnqm domitorqd terre
Hercules fidi qz sunt sodales
Ille et insignis pijetate et armis
Regna petebat
Non tn tante subiere mestas
Viribus sedes neqz luminose
Tartari tristes xpulere furui
Lumine noctes
Igneū certe superis relictis
finibus solem (quia nulla fulgent
Sidera hec regnis) adijsse regna
Limina credo
Quid precor magni comites salute
Restat aut armis quibus obtinere
Sceptra nā phas sit ppli qz raptas
dicite turbas
Que ne funestā (radios nitentes
ferre no possit) obtenebrae lucem
Impetu fortes liceat precaunre
Dicite reges
Hactenus nrā satis atqz supra
Sorte contenti sitimus sz ultro
Nescio quid nos violent xpis
Sedibus urget
Hec ait pluto horrid~~e~~ tremens
Tartarus rursū sonitu remugit
ferreas heri domino polorum
Tollite portas
Talibus cuncti scelerū ministri
Territi dictis in amena passim
horrenda invasit qz nostra terre
Regna pecāt
Non triceps dico (insolitū et nitore
Vidit) exangues pauefecit umbras
Cerberus rictu pauidus minantes
presserat angues
Nec sitim sensit medijs in vndis
faucibus sensit / neqz poma carpsit
Tentalus ~~fa~~ymum neqz tu gerebat
Sysiphus ingens
Non iecur magni tityj vorates
Semp accessed lacerat uolucres
Nec rote Ixyon celeri alligatus
fertur iniquus

Jena nec proles danai rapare in
Haurit (ut fuerat) latices et urna
Urna tu primum vacuata lympha
Sicca remansit
Impius postquam sua regna vidit
Carnifex magno tonitru moveri
Conturans rursum stupefacta nostra
talia narrat
O mei fidi famuli cadentes
Cardinum postes reparate et antra
initum Claudite obstrusa et vectura duro
Obice claustra
Non minus princeps venerandus instat
Vox tum clara memoranda fatur
Voce celesti, fera monstra regi
Tollite portas
Hoc ubi divum pater atque rector
Dixit extemplo rabido petivit
Januas sceptro patefacta dicte
Regia tandem
Non secus dure patuit christo
Tenari porte; pluvie trisulco
Quo solent imbres vehementer ite
Cadere coelo / Ecce
Victor avulsis subito rapaces
postibus sedes penetrat tenentum et
Cernit ignito solio cubantem
Forte tyrannum
Tetra famosis digitis tenentem
Sceptra; monstrum ingens equidem visu
horridi et seuis colubris [illegible]
Ora caputque
Territus tanto nimis intore
Orcus at [illegible] (quem serenum [illegible]
non potest lucem tollerare) frustra
[illegible] condit
Summus accedit [illegible] redemptor
Et sacris mulcens manibus tyrannum
Dura [illegible] adamante vincit
:: cathenis colla ::
Et ferox tandem famulos acuto
Ense confodit; fremuit ampla mag
Aula stridore et resonat caverna
Antra boatu

Deinde patente superator heri
Solvere insontes rigido parentes
Culpa quos protoplasti premit
Carcere pergit
Et locus tendens supra ad auras
Altius (limbum vocitavit alma
Concio prim) veteres tenebat
Morte necatos
Hic ubi longe populus dolore
pressus aspexit remeare christum
Illico occurens domini reflexo
Poplite adorat
Et canens sacros modulos canora
Voce que sciti cecinere vates
Excepit letis nitidi satorem ::
plausibus orbis
Criste cunctarum venerande rerum
Conditor rector simul et redemptor
Cum patre equat socius que coheres
atque coevus
Criste (quem mittis tenebris sub alte
[illegible] sedes cupere) tandem
venisti miseros precamur
Solve ligatos
Criste nunc tristes remove tenebras
Demonum seuasque minas repelle
Tolle prepollens gemitus redemptor
Tolle pennes
Talibus Cristum gemebunda primum
Turba suscepit plaudensque captos
Mitis econtra famulos creato
Voce salutat
Pax tuo grata et modicumque
Sit salus vobis adamique nostra
Carcere inclusi stygio unica nunc :: vita
vivite morte
Vos enim tali pudor haud creavi
Forte ut infernas colerete oras
Qua [illegible] pulchri paradisi amena
Elisyque
Tanta carpendi precor heu cupido
Que fecit pomi [illegible] o miselli
Ut date pridem reparet novella
munere vite

Ecce me vestri sceleris gravedo
Regna que demum penetrare iussit
Quod ne pro nobis tollerare penas
atque labores

Ergo tu dicens tulit eva mortem
Omnibus (vere fateor misertus
Ipse fortune) christo redemi
sanguine raptos

Verba tot dicens latere repente
Vix necem segnis rapidam probaret)
Corpus ostentat manuum pedumque
volnera cruda

Dexteram primi patribus maligne
porrigit sortis capiunt gavisi
Atque agunt dignas pariter tonanti
Ilico grates

Et prophetarum venerandus ordo
Quos vetus patrum comitatur ingens
Deinde procedit veniamque magni
principis optat

Hos pius tandem miseratus omnes
Nutibus cernens oculis redemptor
Liberat dulci aloquiturque raptos
voce parentes

Ite nunc vincti miserisque rursum
Surgite et pressi renovate vires
perditas, tristes gemitus et atros
ponite luctus

Hec nimis patefacta retro est
[illegible]ambus vobis via ferreasque
Et vinclorum modo rumpo nexus
atque cathenas

Dixit et nigro rediens ab antro
turpibus victis herebi tyrannis
Alta celestum repetit sacrato
regna triumpho

Utque devicti patrias petente
principem finis populi ducesque
Omela gestantes comitantur amplo
ordine longo

Sic et horrendi spoliis averni
Cristus insignis (niveo sertus
Agmine) ad celos trahit apla secum
Ipse trophea

Ergo sacrate celebrat tonantem
Cantibus turba, et venerare te
Festa surgente radiosque funde
thuris odores

Hic tibi seva peperit salutem
Morte migrantem stigiis reclusit
Carcere, excelsi reseravit atque
Limina coeli

Et que prellens placido tenella
Quos tibi laudes cecinit talia
Obsecro tetri superator orci
Suscipe vultu

In natale virginis dive

Ostquam beate flammivomis parat
phebus caballis linquere regnis
Sidus petens libra tenebras
Que tribuit pariter diebus

Tum virgo summe nata faventibus
primum nitente humana delii apollinis
prospexit humanosque vultus
Multiplicesque simul labores

Que clara nobis etherei loco
Regni parentis criminibus prius
prime reclusa fuit resoluit
Eternamque tulit perennem

Sed illa semper precelebris dies
Censenda sancta que sobole dedit
Et festa vere nominanda ~~notanda~~
Candidulaque notanda gemma

b Cuius profecto tartareus sacro
Regnator ortu tergeminusque quoque celebres
Canis profundi sensit atque
turba stigis nimio maligna

a Quem sacra vatum predocuit cohors
Olim futura quamque carmina
divina phebee nec magni
Conticuere prius sybille

Qua nulla toto tempore pulchrior
Effulsit orbis candidior neque
Cui cynteus certe diurnus
Noctiluca atque diana cessit

Que nec mandentes (crede mihi) notos
flatus nivales nec boree feros
Sensit, sed tepentes favoni
et clarii pariter calores apollinis

Qua nullo coelo fertur olympico
Ecrasse suaves ss modulos avis
fudisse contentuqz dulci
progenie celebrasse sanctam
hanc ergo sancta chrotole diem
Laudate cuncti sideream quoqz
Metu pijs precor faventes
Carminibus celebrate matrem
O virgo Jessei qui genita sacri
Radice et octam qui davides camut
de stirpe vates no vetusto
Crimine comaculata / salve
Nam rector orb stelligere parens
Factor reru iupiter omnivm
Et pura et integram profecto
Esse sua voluitt parentem
Quod qui negarit non sapit msrijs
plus ille brute est quoqz pessimus
Infecta mens illi venenis
Spiritus agitata tetris
Salve mare que candula diceris
Stella / et salutis prefugiu unicu
tu sola spes et dux misellis
tu medicina queqz lapsis
Salve pijs que suscipis auribus
preceps rogantu que lachrimis qz
Iram tui nati remulces
atqz minas cohibes minaces
hur virgo clemens hur petum tuas
Converte orellos / et famulis tuis
dexteram salutarem ministra
et faveas benedicta ceptis
Tu nanqz nob aoniu nemus
tu virgo totus pyeridu ~~nemus~~
Errantiu tu dux benigna
Tu cynorosa maris profundi
Et litore castas ieradia tua
Mentes / sacrato et nectare polire
Crassas precam tu sereno
nunc discute tu tenebras
At mea cuncti carbasa flamine
perflans labanti dirige cymbula
portuqz tande post labores
Multinayos tribuas quietum

Iste liber est Ovidii Nasonis et intitulatur Heroidum qui alio nomine dicitur Ovidius epistolarum quia in eo epistole metrice continentur. Dicitur autem Heroidum ab heros quod est dominus quia domini et domine has epistolas sibi invicem mittebant. Primam autem epistolam scribit Ovidius Penelopes suo domino Ulixi. Iste Ulixes fuit unus ex Grecis qui cum ceteris Grecorum regibus in excidium urbis Troye profectus fuit. Circa quam Troyam Greci x annis iacuerunt, quam tandem finaliter devastaverunt. Destructa autem Troya quidam Grecorum ad propria vicissim remeaverunt in brevi tempore. Ulixes post destructionem Troye ad propria venerunt. Unde domina Penelopes admirata de mora sui domini regressum mittit ei hanc epistolam ut cito veniat quia Penelopes per xx annos quibus vir suus absens fuit servavit ei fidelitatem et castitatem thori integre, propter quam fidelitatem Ovidius post primam epistolam de ea intendit Ovidius est laudare dominam Penelopen de fidelitate quam in omnibus suis libris eam commendat ut in tertio de amore dicit de ea.

Penelope mittit Ulixi marito suo

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulixe
Nil michi rescribas attinet ipse veni
Troia iacet certe Danais invisa puellis
Vix Priamus tanti totaque Troia fuit
O utinam tunc cum Lacedomona classe petebat
Obrutus insanis esset adulter aquis
Non ego deserto iacuissem frigida lecto
Nec quererer tardos ire relicta dies
Nec michi querenti spaciosam fallere noctem
Lassaret viduas pendula tela manus
Quando ego non timui graviora pericula veris
Res est solliciti plena timoris amor
In te fingebam violentos Troas ituros
Nomine in Hectoreo pallida semper eram
Sive quis Anthilochum narrabat ab Hectore victum
Anthilochus nostri causa timoris erat
Sive Menetiadem falsis cecidisse sub armis
Flebam successu posse carere dolos
Sanguine Tripolomus liciam tepefecerat hastam
Tripolomi leto cura novata mea est
Denique quisquis erat castris iugulatus Achivis
Frigidius glacie pectus amantis erat
Sed bene consuluit casto deus equus amori

O utinam hic Penelope exclamat contra Paridem et optat ut submersus fuisset qui rapuerat Helenam mare transfretavit.

Non ego

Nec quererer i. non querulosa essem tot longos dies et tot longas noctes.

Quando hic Penelope loquitur ad Ulixem dicens quod multum timebat ne aliquid mali sibi accideret in bello vel in via.

Nomine i. quando nominabatur coram ea Hector, tunc fuit pallida pre timore.

Sive iste Patroclus induerat arma Achillis. Hector autem habuit respectum ad Achillem suum capitalem inimicum et sic estimans Achillem in illis armis fuisse interfecit Patroclum in eis, super quem non tantum habebat respectum.

Yperbole transgressio veritatis.

Sed hic ponit sibi dominam Penelopes aliquem consolationem et habet spem in sua fidelitate quam viro servavit, quod deus reddet virum sanum et salvum. Unde dicit versa est in cineres.

Est prima Penelope

Sanguine Tripolomus fuit filius Herculis quem cum hasta interfecit Hector.

Denique et quicumque ex Grecis Penelopes audivit interfectos fuit tristis et mesta, unde dicit frigidius glacie.

Versa est in cineres sospite troia viro
Argolici redire duces altaria fumant
Ponitur ad patrios barbara preda deos
Grata ferunt nymphe pro salute dona maritis
Illi victa suis troica bella canunt
Mirantur iusti que senes que trepide puelle
Narrantis coniux pudet ab ore viri
Atque aliquis posita monstrat fera prelia mensa
Pingit et exiguo pergama tota mero
Hac ibat symois hac est sygeia tellus
Hic steterat priami regia celsa senis
Illic eacides illic tendebat ulixes
Hic alacer missos terruit hector equos
Omnia quoque tuo senior te querere misso
Retulerat nato nestor at ille michi
Retulit et ferro resum dolonaque cesos
Utque sit hic sompno proditus ille dolo
Ausus es o nimium nimiumque oblite tuorum
Tracia nocturno frangere castra dolo
Totque simul mactare viros adiutus ab uno
At bene cautus eras et memor ante mei
Usque metu micuere sinus dum victor amicum

Ismarus est mons tracensis

Dictus et ysmariis isse per agmen equis
Sed michi quid prodest vestris disiecta lacertis
Ilion, et murus quod fuit et ante solum est
Si maneo qualis troia manebam durante
Virque michi dempto fine carendus abest
Diruta sunt aliis michi soli pergama restant
Incola captivo que bove victor arat
Iam seges est ubi troia fuit resecanda que falce
Luxuriat frigio sanguine pinguis humus
Semisepulta virum curvis feriuntur aratris
Ossa ruinosas occulit herba domos
Victor abes nec scire michi que causa morandi
Aut in quo lateas ferreus orbe licet
Quisque adhec vertit peregrina littora puppim
Ille michi de te multa rogatus abit
Quam tibi reddat si te modo viderit usquam
Traditur huic digitis carta notata meis
Nos pylon antiqui nelleia nestoris arva
Misimus incerta est fama remisso pylo
Misimus et sparten sparte quoque nescia veri
Quas habitas terras aut ubi lentus abes
Utilius starent etiam nunc menia phebi

Ubi dicit ilion ... intelligit civitatem troianam quia ylion fuit turris notabilis et pulcra in troia

Diruta i. aliis mulieribus destructa est troia quia earum viri revenerunt sed in penelopi adhuc troia non est destructa quia tu ulixes non revenisti

Hic ponit unam similitudinem ad ulixem vocans eum ferreum i. durum quia non potuit eum flectere ut ... regrederetur

Pylon est civitas nestoris vel nelleius fuit pater nestoris

Nos pylon et cetera penelo. quia miserat in pylon ad antiquum nestorem ad perquirendum de ulixe miserat etiam ad sparten ubi ... est ...

Utilius. Hic tangit fabulam quia cum priamus edificavit troiam tunc phebus et neptunus fuerunt munitores civitatis troye qui dum ea muniebant tunc soli lapides saliebant super murum videns autem hoc priamus nolebat eis precium solvere quia sine difficultate laborabat unde propter precii negati miserunt destruere civitatem quia fuerunt dii sed aliud potest moraliter intelligi quia fuerunt nimium prudentes et eloquentes unde penelope optat quod utinam melius starent in locis menia civitatis troye que phebus munivit quia tunc ... ulixes in domo remansisset

Irascor votis heu levis ipsa meis
Darem ubi pugnares et tantum bella timerem
Et mea cum multis iuncta querela foret
Quid timeam ignoro / timeo tamen omnia demens
Et patet in curas area lata meas
Quecumque equor habet quecumque pericula tellus
Tam longe causas suspicor esse more
Hec ego dum stulte meditor que vestra libido est
Esse peregrino captus amore potes
Forsitan et narras / quam sit tibi rustica coniux
Que tantum lanas non sinit esse rudes
Fallar / et hoc crimen tenues vanescat in auras
Neve revertendi liber esse velis
Me pater Ycarius / viduo discedere lecto
Cogit / et immensas increpat usque moras
Increpet usque licet / tua sum / tua dicar oportet
Penelope / coniux semper Ulixis ero
Ille tamen pietate mea precibusque pudicis
Frangitur / et vires temperat ille suas
Dulichii Samiique et quos tulit alta Zacintos
Turba ruunt in me luxuriosa proci
Inque tua regnant nullis prohibentibus aula

quecumque possunt accidere in mari et in terra illa suspicor esse tam longe more
quia tantum occupat circa laborem lane

h' penelopes et qualiter pater suus ycarius compellebat eam ut aliud virum duceret ipsa autem renuebat

Dulchii dicitur fore unum opidum in quo ulixes fuit natus / Zacintos fuit insula et illi omnes de Dulchia et Zacintos fuerunt proci seu amatores ipsius penelopis qui amatores comedebant bona ulixes que ipsa invocat ut cicius veniat

Viscera nostra, tue dilamantur opes
Quid tibi pisandrum polibumque medontaque dirum
Elmachique auidas antenorisque manus
Atque alios referam, quos omnes turpiter absens
Ipse tuo partis sanguine rebus alis
Irus egens pecorisque melancius actor edendi
Ultimus accedunt in tua dampna pudor
Tres sumus imbelles numero, sine viribus uxor
Laertesque senex, thelemacusque puer
Ipse per insidias pene est mihi nuper ademptus
Dum parat inuitis omnibus ire pylon
Di precor hic iubeant ut euntibus ordine fatis
Ille meos oculos comprimat ille tuos
Hoc faciunt custosque boum longeuaque nutrix
Sed neque laertes ut qui sit inutilis armis
Hostibus in mediis regna tenere potest
Thelemacho veniet, viuat modo fortior etas
Nunc erat auxiliis illa tuenda patris
Nec michi sunt vires inimicos pellere tectis
Tu citius venias, portus et aura tuis
Est tibi sitque precor natus qui mollibus annis
In patrias artes erudiendus erat

In hac parte dedit magister specialiter nomina suorum amatorum qui bona ulixis comedebant et expendebant videlicet pisandrum polibum medonta elmachum antenorem qui omnes consumebant bona ulixis in absencia eius. Melancius erat carnifex et ergo dicit actor edendi qui erat ultimus procus ipsius penelopis

Tres sumus hic penelope videtur tacite questioni quia ulixes eam interrogaret quare non expellit a se predictos procos. Ipsa autem videtur tres sumus imbelles id est non bellatores etc.

Di precor videtur tangere modum antiquorum quia pater moriturus filius comprimebat oculos patris et filia matris sic ipsa penelope optat ut ipse thelemacus id faciat diis hoc fauentibus.

Irus hic penelopes dicit quod iam non tantum predicti ambulant ad consumendum bona tua sed et ille pauper homo Irus qui nec unum porcum habet iste ad predictos me visitat et vult esse meus amator et non tantum Irus sed et melancius carnifex qui est ultimus procus ipse eciam me amat quod est in tuum dampnum et in pudorem ipsius quare venias ad expellendum eos

Hic videtur tacite questioni quia non potest predictos procos repellere a se itaque petit eum ut cicius veniat

Respice laerten ut iam sua lumina condas
Extremum fatis sustinet ille diem
Certe ego que fueram te discedente puella
Protinus ut venias facta videbor anus

Phillis scribit Demofonti

Hospita Demofon tua te rodopeia phillis
Ultra promissum tempus abesse queror
Cornua cum lune pleno in orbe coissent
Litoribus nostris anchora pacta tua est
Luna quater latuit toto simul orbe recrevit
Nec vehit actheas sithonis unda rates
Tempora si numeres bene que numeramus amantes
Non venit ante suam nostra querela diem
Spes quoque lenta fuit que tarde credita ledit
Credimus invita numina in amante nocent
Sepe fui mendax pro te michi sepe putavi
Alba procellosos vela referre notos
Thesea devovi quia te dimittere nollet
Nec tenuit cursus forsitan ille tuos
Interdum timui ne dum vada tendat ad heb'
Sepe deos supplex ut tu scelerate valeres
Ipsa michi dixi si valet ille venit

Recedente demofonte a bello troyano cum victoria cum demofon per mare navigaret et a patria esset in itinere elongatus mare fuit nimis intranquillum tali quod per ventos et fluctus maris ad portum in rodopeia ubi erat phillis speciosa domina terre applicuit que videns phillis eum hospicio ad se recepit ac eum nimium amavit. Ipse autem demofon per tempora quibus apud eam morabatur philli coniunctus. Cum autem maris tempestas fuit sedata volens demofon iter suum ... mare ... petit licenciam abeundi ut iter suum perficere posset promittens ad eam redire cum luna esset plena ut dicitur in textu Cornua cum lune. Demofon recedens ad eam in tempore statuto non venit unde domina phillis volens eum revocare in amorem suum scribit ei hanc epistolam. Intencio est audi reprehendere dominam phillim de eo quod cito adhesit pro amore hospiti et hominem ignotum

Luna i(d est) ter quatuor menses transierunt et tu nondum revenisti ad nos

Sepe i(d est) multociens homo habet spem de aliquo eventu qui tamen non accidit prout homo sperat

demophon
fidelis amor excogitabat causas propter quas tractus non posset venire

Denique fidus amor quicquid pro meritis obstat
Finxit, et ad causas ingeniosa fui
At tu lentus abes, nec te iurata reducit
Numina, nec nostro motus amore redis
Demofon ventis et vela et verba dedisti
Vela queror reditu, verba carere fide
Dic michi quid feci, nisi non sapienter amavi
Unum scelus in me est, quod te scelerate recepi
Sed scelus hoc meriti pondus et instar habet
Iura fides ubi nunc commissaque dextra dextre
Quique erat in falso plurimus ore deus
Promissos socios ubi nunc Hymeneus in annos
Qui michi coniugii sponsor et obses erat
Per mare quod totum ventis agitatur et unda
Et quod sepe ieras, per quod iturus eras
Perque tuum michi iurasti, nisi fictus et ille est
Concita qui ventis equora mulcet avum
Per venerem nimiumque michi facientia tela
Altera tela arcus, altera tela faces
Iunonemque thoris que presidet alma maritis
Et per tedifere mistica sacra dee
Si de tot lesis sua numina quisque deorum
Vindicet, in penas non satis unus eris

h' phillis exclamat et ... q' naves destructas ipsius demofontis fecit reparari

Ha laceras puppes, ceu furiosa refeci
Ut qua desererer, firma carina foret
Remigiumque dedi, quo me fugitivus abires
Heu patior telis vulnera facta meis
Credidimus blandis, quorum tibi copia verbis
Credidimus generi, muneribusque tuis
Credidimus lacrimis, an et hee simulare docentur
Hee quoque habent artes, quaque iubentur eunt
Dis quoque credidimus, quid iam tot pignora nobis
Parte satis potui qualibet inde capi
Nec moveor quia te iuvi portuque locoque
Debuit hec meriti, summa fuisse mei
Turpiter hospitium lecto sociasse iugali
Penitet et lateri conseruisse latus
Que fuit ante illam, mallem suprema fuisset
Nox michi dum potui phillis honesta mori
Speravi melius quia me meruisse putavi
Queque ex merito spes venit equa venit
Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria, simplicitas digna favore fuit
Sum decepta tuis et amans et femina verbis
Di faciant laudis summa sit ista tue
Inter et egidas mediarum statuarum in urbe
Magnificus titulis stet pater ante suis

h' phillis dicit ad ipsum demofon. et istam fraudem me titulos suos ponere et pris sui faciat ... in urbe in statua. et loquitur ... quia et pater et filius sui fuerunt ... gloriosi titulis quia theseus pater suus fuit raptor et deceptor ... et minothaurum occidit fuit ... ipsius ...

Cum fuerit thithon lectus torvusque procrustes
Et sinis et thauri mixtaque forma viri
Et domite bello thebe fusique bimembres
Et pulsata nigri regia ceca dei
hic tua post illos titulos signetur ymago
hic est cuius amans hospita capta dolo est
De tanta turba rerum factisque parentis
Sedit ingenio cressa relicta tuo
Quod solum excusat hoc solum miraris in illo
heredem patrie per fidem fraudis agis
Illa nec invideo fruitur meliore marito
Inque capistratis tigribus alta sedet
At mea despecti fugiunt conubia traces
Quod ferar externum preposuisse meis
Atque aliquis iam nunc doctas eat inquit athenas
~~[illegible]~~que tracem qui regat alter erit
Exitus acta probat careat successibus opto
Quisquis ab eventu facta notanda putet
At si nostra tuo spumescant equora remo
Iam michi dicar consuluisse meis
Sed neque consului nec te mea regia tanget
Fessaque bistonia membra lavabis aqua
Illa meis oculis species abeuntis inheret
Cum premeret portus classis itura meos

hec omnia phillis enumerat parentela demofontis

patre tuo thezeo qui finxit adriagnem

Ausus es amplecti colloqz infuso amantis
Oscula perlongas iungere pressa moras
Cumqz tuis lacrimis lacrimas confunde nostras
Quodqz foret velis aura secunda queri
Et michi discedens suprema dicere voce
Philli fac expectes Demophonta tuum
Expectem qui me nunquam visurus abisti
Expectem pelago vela negata meo
Et tamen expecto redeas modo serus amanti
Ut tua sit solo tempore lapsa fides
Quid precor infelix iam te tenet altera coniux
Forsitan et nobis qui male favit amor
Utqz tibi excidimus nullam puto phillida causam nosti
Heu mihi si que sim phillis et unde rogas
Que tibi Demofon longis erroribus acto
Treicios portus hospitiumqz dedi
Cuius opes auxere mee cui dives egenti
Munera multa dedi multa datura fui
Que tibi subieci latissima regna ligurgi
Nomine femineo vix satis apta regi
Qua patet umbrosum rodope glacialis ad hemum
Et sacer admissas exigit ebrus aquas
Cui mea virginitas avibus libata sinistris

Castaque fallaci zona recincta manu
Pronuba thesiphone thalamis ululavit in illis
Et cecinit mestum devia carmen avis
Affuit alecto brevibus torquata colubris
Suntque sepulchrali lumina mota face
Mesta tamen scopulos fruticosaque litora calco
Quaque patent oculis litora lata meis
Sive die laxatur humus seu frigida lucent
Sydera prospicio quis freta ventus agat
Et quecumque procul venientia lintea vidi
Protinus illa meos auguror esse deos
In freta procurro vix me retinentibus undis
Mobile qua primas porrigit equor aquas
Quo magis accedunt minus et minus utilis asto
Linquor et ancillis excipienda cado
Est sinus adductos modice falcatus in arcus
Ultima prerupta cornua mole rigent
Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas
Mens fuit et quoniam fallere pergis erit
Ad tua me fluctus proiectam litora portent
Occurramque tuis intumulata oculis
Duricia ferrum ut superes adamantaque teque
Non tibi sic dices phillis sequendus eram

Sepulcrale dicitur a sepulcro et fit mestum esse quia circa sepulcrum homines fuit tristes sic oculi phillis fuerunt moti in fletum ex merore ac si vidissent sepulcralem facem

hic phillis dicit quod voluit se submergere in mari pre nimio merore

hic dicit domina phillis quod pre nimio dolore volebat se interficere veneno aut transfigere gladio

Sepe venenorum sitis est michi sepe cruenta
Transiectam gladio morte perire iuvat
Colla quoque infidis quia se nectenda lacertis
Prebuerunt laqueis implicuisse libet

hic etiam optat se suspendere

Stat nece matura misera ~~misera~~ pensare pudorem
In necis electum parva futura mora est

hic deliberat qua morte se perimere deberet quia finaliter se suspendit in silva ipsa et mutata est in arborem scilicet amigdalum

Inscribere tuo causa invidiosa sepulchro
Aut hoc aut simili carmine notus eris
Phillida demophon dedit leto hospes amantem
Ille necis causam prebuit illa manum

Nota quod postquam phillis fuit suspensa postmodum demofon reversus venit ad illud locum ubi phillis fuit suspensa cepit osculari arborem illam ante fuit suspensa. Emittens folia sua ad illam inclinabat.

Brizeyda scribit Achili

Quam legis a raptu brizeide litera venit
Vix bene barbarica greca notata manu
Quascumque aspicies lacrime fecere lituras
Sed tamen hee lacrime pondera vocis habent
Si michi pauca queri de te dominoque viroque
Fas est de domino deque viro pauca querar
Non ego poscenti quod sum cito tradita regi
Culpa tua est quamvis hec quoque culpa tua est
Nam simul euribates me talabiusque notarunt
Euribati data sum talabioque comes
Alter in alterius iactantes lumina vultum
Querebant taciti noster ubi esset amor
Differri potui pene mora grata fuisset

Brizeyda fecit litteram suam grecis sua ipsa manu barbarica quia troiani fuerunt barbari

Quam legis. Nota est historia quod cum achilles venit ad bellum troianum destruxit lerneciam civitatem in qua cepit brizeydam filiam calcas sacerdotis phebi unde calcas dolens de captu filie sue conquestus est phebo deo pro cuius auditu phebus grecos in bello troiano commorantes quadam vexabat pestilencia cuius causam grecis ignorantibus calcas confidens de achillis potencia revelavit et dixit quod nisi bryseyda redderetur pestis non cessaret. Unde videns agamenon dux exercitus quod oportebat reddere briseydam abstulit achilli brizeydam et eam apud se tenuit. Quod cum factum fuisset achilles auxilium suum grecis denegavit. greci vero videntes dampnum eorum ob absenciam propter achillis absenciam adhoc compulerunt agamenonem ut redderet brizeydam achilli quam achilles recipere contempsit. Unde indignata brizeyda mittit ei hanc epistolam in qua intencio sua est suadere domino achilli ut eam velit recipere. Intencio [illegible] est ea [illegible]. Dicit ergo quam legis etc.

Heu michi discedens oscula nulla dedi
At lacrimas sine fine dedi rupique capillos
Infelix iterum sum michi visa capi
Sepe ego decepto volui custode reverti
Sed me qui timidam prenderet hostis erat
Si progressa forem caperer in nocte timebam
Quamlibet ad priami munus itura nurum
Sed data sum quod danda fui tot noctibus absum
Nec repetor cessas iraque tua lenta est
Ipse menetiades tunc cum tradebar in aurem
Quid fles hic parvo tempore dixit eris
Non repetisse parum est pugnas ne reddar achille
I nunc et cupidi nomen amantis habe
Venerunt ad te thelamone et amintore nati
Ille gradu propior sanguinis ille comes
Laerteque satus per quos comitata redirem
Auxerunt blandas grandia dona preces
Viginti fulvos operoso ex ere lebetes
Et tripodas septem pondere et arte pares
Addita sunt illis auri bis quinque talenta
Bis sex assueti vincere semper equi
Quodque supervacuum est forma prestante puelle
Lesbides eversa corpora capta domo
Cumque tot his sed non opus est tibi coniuge coniux

Ex agamenonis vna puella tribus

Si tibi ab atride pro redimenda fuissem

Que dare debueras accipe illa negas

Qua merui culpa fieri tibi vilis achille

Quo leuis a nobis tam cito fugit amor

An miseros tristis fortuna tenaciter vrget

Nec venit inceptis mollior hora meis

Diruta marte tuo lernesia menia vidi

Et fueram patrie pars ego magna mee

Vidi consortes pariter generisque necisque

Vidi quantus erat fusum tellure cruenta

Tres cecidisse tribus que michi mater erat

Pectora iactantem sanguinolenta virum

Tot tamen amisissem te compensauimus vnum

Tu dominus tu vir tu michi frater eras

Tu michi iuratus per numina matris aquose

Utile dicebas ipse fuisse capi

Scilicet vt quamuis veniam dotata repellas

Et me cum fugias que tibi dantur opes

Quin etiam fama est cum crastina fulserit hora

Te dare nubiferis lintea uela nothis

Quod scelus vt pauidas misere michi contigit aures

Hic dicit briseyda quod miseri homines peius habent et eis peius succedit et ...

Hic dicit briseyda qualiter audiuit quod dominus achilles deberet recedere crastina die a bello troyano et fluctuare per mare in patriam

Sanguinis atque animi pectus inane fuit
Ibis et o miseram cui me violente relinques
Quis mihi desertae mite levamen erit
Devorer ante precor subito telluris hiatu
Aut rutilo missi fulminis igne cremer
Quam sine me pthiis canescant equora remis
Et videam puppes ire relicta tuas
Si tibi iam reditusque placet patriique penates
Non ego sum classi sarcina magna tue
Victorem captiva sequar non nupta maritum
Est mihi que lanas molliat apta manus
Inter achaiadas longe pulcherrima matres
In thalamos coniux ibit eatque tuos
Digna nurus socero iovis egineque nepote
Cuique senex nereus prosocer esse velit
Nos humiles famuleque tue data pensa trahemus
Et minuent plenos stamina nostra colos
Exagitet ne me tantum tua deprecor uxor
Que mihi nescio quo non erit equa modo
Neve meos coram scindi patiare capillos
Et leviter dicas hec quoque nostra fuit
Vel patiare licet dum ne contempta relinquar
Hic mihi ve misere concutit ossa metus

Quid tamen expectas agamenona penitet ire
Et iacet ante tuos grecia mesta pedes
Vince animos iramque tuam qui cetera vincas
Quid lacerat danaas impiger hector opes
Arma cape eacide sed me tamen ante recepta
Et preme turbatos marte fauente viros
Propter me mota est propter me desinat ira
Simque ego tristicie causa modusque tue
Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris
Coniugis oenides versus in arma prece est
Res audita mihi nota est tibi fratribus orba
Deuouit nati spemque caputque parens
Bello erat ille ferox positis secessit ab armis
Et patrie rigida mente negauit opem
Sola virum coniux flexit felicior illa
Et mea pro nullo pondere verba cadunt
Nec tamen indignor nec me pro coniuge gessi
Sepius in domini serua vocata thorum
Me quedam memini dominam captiua vocabat
Seruicio dixi nominis addis onus
Per tamen ossa viri subito male tecta sepulcro
Semper iudiciis ossa verenda meis

Perque trium fortes animas mea numina fratrum
Qui bene pro patria cum patriaque iacent
Perque tuum nostrumque caput quod iunximus una
Perque tuos enses cognita tela meis
Nulla micenea sociasse cubilia mecum
Iuro fallentem deseruisse velis
Si tibi nunc dicam fortissime tu quoque iura
Nulla tibi sine me gaudia facta neges
At danai merere putant tibi plectra movent
Te tenet intepido mollis amica sinu
Et quisquam querit quare pugnare recuses
Pugna nocet cithare noxque venusque iuvant
Tucius est iacuisse thoro tenuisse puellam
Traiciam digitis increpuisse liram
Quam manibus clipeos et acute cuspidis hastam
Et galeam pressa sustinuisse coma
Sed tibi pro tutis insignia facta placebant
Partaque bellando gloria dulcis erat
An tantum dum me caperes fera bella probabas
Cumque mea patria laus tua victa iacet
Dii melius validoque precor vibrata lacerto
Transeat hectoreum pelias hasta latus
Mittite me danai dominum legata rogabo

Multa tamen mandatis oscula mixta feram
Plus ego quam fenix plus quam facundus ulixes
Plus ego quam teucri credite frater agam
Est aliquid collum solitis tetigisse lacertis
Presentisque oculos admonuisse sui
Sis licet inmitis matrisque ferocior undis
Ut taceam lacrimis comminuere meis
Nunc quoque sic omnes peleus pater impleat annos
Sic eat auspiciis pirrus ad arma tuis
Respice sollicitam briseidam fortis achille
Nec miseram lenta ferreus ure mora
Aut si versus amor tuus est in tedia nostri
Quam sine te cogis vivere coge mori
Utque facis coges abiit corpusque colorque
Sustinet hoc anime spes tamen una tui
Qua si destituor repetam fratresque virumque
Nec tibi magnificum femina iussa mori
Cur autem iubeas stricto pete corpora ferro
Est mihi qui fosso pectore sanguis eat
Me petat ille tuus qui si dea passa fuisset
Ensis in atride pectus iturus erat
Ne potius serves animam tua munera nostram
Quod dederas hosti victor amica rogo

Quam nisi tu, Fedra fuit filia regis minois uxor thezei regis atheniensis que dilexit ypolitum privignum suum. qui ypolitus fuit filius ypolite regine amazonum ipse autem ypolitus nolens maculare lectum patris sprevit amorem fedre sue noverce. que mittit ei hanc epistolam In qua primo intencio est exortari ypolitum ut amori suo adquiescat. Intencio auctoris est reprehendere eam de illicito amore dicit ergo quam nisi tu etc.

Perde quos melius possis neptunia prebent
Pergama materiam cedis ab hoste pete
Me modo sive paras impelle remige classem
Sive manes domini more venire iube

Fedra scribit privigno suo ypolito

Quam nisi tu dederis caritura est ipsa salute
Mittit amazonio cressa puella viro
Perlege quodcumque est quid epistola lecta nocebit
Te quoque in hac aliquid quod iuvat esse potest
His archana notis terra pelagoque feruntur
Inspicit acceptas hostis ab hoste notas
Ter tecum conata loqui ter inutilis hesit
Lingua ter in primo destitit ore sonus
Qua licet et sequitur pudor est miscendus amori
Dicere quod puduit scribere iussit amor
Quicquid amor iussit non est contempnere tutum
Regnat et in dominos ius habet ille deos
Ille michi primo dubitanti scribere dixit
Scribe dabit victas ferreus ille manus
Assit et ut nostras avido fovet igne medullas
Figat sic animos in mea vota tuos
Non ego nequicia socialia federa rumpam
Fama velim queras crimine nulla vacat

Venit amor grauius quo serius vrimur intus
Vrimur et cecum pectora vulnus habent
Scilicet vt teneros ledunt iuga prima iuuencos
Frenaque vix patitur de grege captus equus
Sic male vixque subit primos rude pectus amores
Sarcinaque hec animo non sedet apta meo
Ars fit vbi a teneris crimen condiscitur annis
Cui venit exacto tempore peius amat
Tu noua seruate carpes libamina fame
Et pariter nostrum fiet vterque nocens
Est aliquid plenis pomaria carpere ramis
Et tenui primam deligere vngue rosam
Sed tamen ille prior quo sine crimine gessi
Candor ab insolita labe notandus erat
At bene successit digno quod adurimur igni
Peius adulterio turpis adulter obest
Si michi concedat iuno fratremque virumque
Ypolitum videret preposuisse ioui
Iamque vix credes ignotas mittor in artes
Est michi per seuas impetus ire feras
In nemus ire libet pressisque in recia ceruis
Hortari celeres per iuga summa canes
Iam in prima dea arcu presignis adunco

Delia iudicio subsequor ipsa tuo
Aut tremulum excusso iaculum vibrare lacerto
Aut in graminea ponere corpus humo
Sepe iuvat versare leves in pulvere currus
Torquentem frenis ora fugacis equi
Nunc feror ut Bachi furiis Eleleides acte
Queque sub Ideo timpana colle movent
Aut quas semidee Driades Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo
Namque mihi referunt cum se furor ille remisit
Omnia me tacitam conscius urit amor
Forsitan hunc generis fato reddamus amorem
Et venus ex tota gente tributa petat
Iupiter europen prima est ea gentis origo
Dilexit thauro dissimulante deum
Phasiphe mater decepto subdita thauro
Enixa est utero crimen onusque suo
Perfidus egides ducentia fila secutus
Curva mee fugit tecta sororis ope
En ego nunc ne forte parum minoia credar
In socias leges ultima gentis eo
Hoc fatale est placuit domus una duabus
Me tua forma capit capta parente soror

hic fedra audit suam furiositatem

dicit nunc nimio ... amore ... Cybele

Forsitan hic dicit fedra dicit quod tota genus suum fuit maculatum illicito amore et dicit hoc esse ex quadam predestinatione seu fato et ... primo Europen exemplum de qua ... fedra et ... quod Europen Iupiter corrupit deinde ... suam phasiphe ... que cum thauro concubuit deinde adriagnem sororem suam ... quod thezeus vir fedre decepit

Iupiter europen notanda est fabula. Europa filia agenoris cum pasceret gregem cum aliis virginibus Iupiter inardescens in amore eius mutavit se in formam thauri et gregem predictum intravit, quem videns europa exarsit in amore eius et faciens de floribus coronas cepit imponere capiti illius thauri tandem illo procumbente hic europa ascendit illum thaurum qui paulatim surgens transmare eam portavit et ibidem cum ea concubuit de qua natus est minos rex cretensis. Nota quod tres sunt partes mundi scilicet asia affrica et europa. Rei veritas est quod agenor fuit rex syrie qui pulcerrimam habuit filiam europam quam iupiter rex crethensis in uxorem ducere voluit sed cum agenor consentire noluit Iupiter hoc audiens navem construxit in qua ymago fuit depicta thauri quia mos erat ut in qualibet navi esset aliquid depictum sub qua pictura lateret dignitas illius navis Iupiter vero navem cum mercimoniis optime ornatam intravit quasi institor et affricam ... tetendit ubi filiam regis agenoris suis muneribus decepit et secum ducta in uxorem accepit. Agenor volens hanc vindicare cathmo filio suo maximum exercitum tradidit et in parte in regno ...

in regem est receptus et ibi multas civitates fundavit. Regnavit autem aliam partem illa vocata est europa, que pars est illa terre ubi maxima [illegible] est [illegible] (in qua europa nos polonia [illegible]) hungaria tercia et alia regna in ista parte maris sita sunt.

Thezeides thezeusque duas rapuere sorores
Ponite de nostra bina trophea domo
Tempore quo nobis inita est cerealis eleusis
Gnosia me vellem detinuisset humus
Tunc mihi precipue nec non tamen ante placebas
Acer in extremis ossibus hesit amor
Candida vestis erat precincti flore capilli
Flava verecundus tinxerat ora rubor
Quemque vocant alie vultum rigidumque trucemque
Pro rigido phedra iudice fortis erat
Sint procul a nobis iuvenes ut femina compti
Fine coli modico forma virilis amat
Te tuus iste rigor positique sine arte capilli
Et levis egregio pulvis in ore decet
Sive ferocis equi luctantia colla recurvas
Exiguo flexos miror in orbe pedes
Seu lentum valido torques hastile lacerto
Ora ferox in se versa lacertus habet
Sive tenes lato venabula cornea ferro
Denique nostra iuvat lumina quicquid agis
Tu modo duriciam silvis depone iugosis
Non sum materia digna perire tua
Quid iuvat incincte studia exercere diane

Et veneri numeros eripuisse suos
Quod caret alterna requie durabile non est
Hec reparat vires fessaque membra novat
Arcus et arma tue tibi sunt imitanda dyane
Si numquam cesses tendere mollis erit
Clarus erat silvis cephalus multeque per herbam
Conciderant illo percuciente fere
Nec tamen aurore male se prebebat amandum
Ibat ad hunc sapiens a sene diva viro
Sub sepe sub ilicibus venerem cinaraque creatum
Sustinuit positos quelibet herba duos
Arsit et oenides in menalia athalanta
Illa fere spolium pignus amoris habet
Nos quoque iam primum turba numeremur in ista
Si venerem tollas rustica silva tua est
Ipsa comes veniam nec me latebrosa movebunt
Saxa neque obliquo dente timendus aper
Equora bina suis oppugnant fluctibus ysthmon
Et tenuis tellus audit utrumque mare
Hic tecum trezena colam phitheia regna
Iam nunc est patria gracior illa mea
Tempore abest aberitque diu neptunius heros
Illum pirithoi detinet ora sui

Adducit thezeum in odium ypoliti dicens eum plus amare pirithoum quam ypolitum et fedram

Preposuit thezeus nisi nos manifesta negemus
Pirithoum phedre pirithoumque tibi
Sola nec ad nos iniuria venit ab illo
In magnis lesi rebus uterque sumus
Ossa mei fratris tiana perfracta trinodi
Sparsit humi soror est preda relicta feris
Prima securigeras inter virtute puellas
Te peperit nati digna vigore parens
Si queras ubi sit thezeus latus ense peregit
Nec tanto mater pignore tuta fuit
At nec nupta quidem tedaque accepta iugali
Cur nisi ne caperes regna paterna nothus
Addidit et fratres ex me tibi quos tamen omnes
Non ego tollendi causa sed ipse fuit
O utinam nocitura tibi pulcherrime rerum
In medio nisu viscera rupta forent
I nunc et meriti lectum reverere parentis
Quem fugit et factis abdicat ille suis
Nec quia privigno videar coitura noverca
Terruerint animos nomina vana tuos
Ista vetus pietas evo moritura futuro
Rustica saturno regna tenente fuit

Saturnus perijt, pierunt et sua iura
Jupiter esse piu[m] statuit quodcu[n]q[ue] iuvaret
Et fas omne facit fratre marita soror
Illa coit firma generis iunctura cathena
Imposuit nodos cui venus ipsa suos
Nec labor est celare licet pecte munus ab illa
Cognato poterit nomine culpa tegi
Viderit amplexus aliquis, laudabimur ambo
Dicar privigno fida noverca meo
Non tibi per tenebras duri reseranda mariti
Janua, no[n] custos decipiendus erit
Ut tenuit domus una duos domus una tenebit
Oscula aperta dabas oscula aperta dabis
Tutus eris mecu[m] laudemq[ue] merebere culpa
Tu licet in lecto conspiciare meo
Tolle moras tantum properata federa iunge
Qui michi nu[n]c sevit sic tibi parcat amor
Non ego dedignor supplex humilisq[ue] precari
Heu michi nu[n]c fastus altaq[ue] verba iacent
Et pugnare diu nec me submittere culpe
Certa fui certi si quid haberet amor
Victa precor genibusq[ue] tuis regalia tendo
Brachia, quid deceat no[n] videt ullus amans

Depuduit profugusque pudor sua signa reliquit
Da veniam fassae duraque corda doma
Quod mihi sit genitor qui possidet aequora Minos
Quod veniant proavi fulmina torta manu
Quod sit avus radiis frontem vallatus acutis
Purpureo tepidum qui movet axe diem
Nobilitas sub amore iacet miserere priorum
Et mihi si non vis parcere parce meis
Est in dotalis tellus Iovis insula Crete
Serviat Hippolyto regia tota meo
Flecte feros animos potuit corrumpere taurum
Mater eris tauro saevior ipse truci
Per Venerem parcas oro que plurima mecum est
Sic numquam que te spernere possit ames
Sic tibi secretis agilis dea saltibus assit
Silvaque perdendas prebeat alta feras
Sic faveant Satyri montanaque numina Panes
Et cadat adversa cuspide fossus aper
Sic tibi dent nymphe quamvis odisse puellas
Dicaris arentem que levet unda sitim
Addimus his precibus lacrimas quoque verba precantis
Perlegis et lacrimas finge videre meas

Nondum quod cum Fedra ypolitum taliter procuraret et precibus ac donis [illegible] minis instanter impulsasset, ipse autem ypolitus castitatis amicus castus et videns maculam lecti patris sui sprevit preces dona et minas sue noverce fedre, quapropter illa commota dolore accusavit eum apud patrem suum dicens quod violenter eam vellet opprimere. Thezeus autem credens dictis uxoris sue misit eum in exilium, qui dum patriam fugeret iuxta mare [illegible] in currum [illegible] neptunum deum maris quoddam monstrum marinum dictum focas [illegible] ypoliti qui equi fugientes distraxerunt currum et eum ypolitum. Dyana autem misereta sui quod castitatis [illegible] perdidit vitam et quod videt eum non meruisse illud pretium postmodum vite eum restituit et dictus est virbius quasi vir bis ut dicit theodolus [illegible] ypolitus seva perit accusante noverca [illegible] bigis feras agitantibus undis [illegible] pudicitie non protulit ira dyane ypolitum renovat modo virbius extat

Pro intellectu istius epistole notanda est historia. Cum hecuba uxor regis priami haberet in utero paridem, quadam nocte somniavit se parituram facem que fax deberet totam troyam cremare. Evigilans autem hecuba somnium viro suo priamo et interpretibus somniorum enarravit. Interpretes vero talium interpretati sunt somnium quod hecuba [illegible] habebit per quem troya excidium patiatur. Rex igitur priamus mandat uxori sue ut quicquid pareret morti daret. Postquam autem peperit regina filium elegantis vultus nimis, mandatum [illegible] [illegible] in somnis [illegible] puerum nutrici iussit mittere.

Nutrix autem visa pueri pulchritudine non interfecit eum sed eum extra muros civitatis troye inter vepres et virgultas posuit et eum se dixit coram regina mortificasse. Eum autem pastor custodiens a casu gregem [illegible] seu pelleret audivit infantem vagientem inter virgulta, quo invento eum sibi in filium adoptavit et eum alexandrum vocavit. Eum autem per ipse infans succresceret gregem pascebat. Quadam autem die cum grege pasceret thaurus gregis sui in thaurum gregis alterius impegit et tamen thaurus [illegible] gregis victoriam obtinuit. Paris vero in signum victorie de floribus et de [illegible] coronam paravit et capiti illius thauri imposuit. Tandem eum ille alter thaurus [illegible] et vires recuperasset cum thauro paridis conflixit et thaurum paridis devicit. Tunc paris capiti ipsius imposuit illam coronam de capite sui thauri receptam. Et inde hoc nomen paris sortitus a [illegible] a iustitia. Sed hoc nomen alexander habuit a fortitudine quam exercuit defendendo gregem suum ab hostibus. Ut de omnibus in ista epistola patet. Ubi pene puer esset [illegible]. Cum autem se pastor gregem apud suum [illegible] dilexit oenone nympham pulcherrimam cum qua tandem in dilectione permansit quousque helenam rapuit.

Oenone scribit paridi

Perlegis an coniux prohibet nova perlege non est
Ista micenia litera facta manu
Pegasis oenone phrigiis celeberrima silvis
Lesa queror de te si sinis ipse meo
Quis deus opposuit nostris sua numina votis
Ne tua permaneam quod mihi crimen obest
Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est
Que venit indigne pena dolenda venit
Nondum tantus eras cum te contenta marito
Edita de magno flumine nympha fui
Qui nunc priamides absit reverentia vero
Servus eras servo nubere nympha tuli
Sepe greges inter requievimus arbore tecti
Mixtaque cum foliis prebuit herba thorum
Sepe super stramen fenoque iacentibus alto
Depressa est humili cana pruina casa
Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos
Et tegeret catulos qua fera rupe suos
Retia sepe comes maculis distincta tetendi
Sepe citos egi per iuga longa canes
Incise servat a te mea nomina fagi
Et legor oenone falce notata tua

Postquam autem helenam rapuit oenone scribit sibi hanc epistolam volens eum reducere in suum amorem adducens sibi in memoriam fidelitatem formam [illegible] [illegible]. Unde est commendare [illegible] oenone de fidelitate.

Qualiter autem hecuba filium suum paridem concepit notandum. Predictus pastor paridem sepius in castrum [illegible] vel eum aliis necessariis dirigebat. Qui dum in castro fuisset videbat filios priami in palestra ludentes. Ipse autem paris velud puer depositis suis vestibus cum eis ludebat et sepius de filiis priami [illegible] victoriam obtinebat. Cum autem quadam die victoriam obtinuisset hector assistens ludo ira commotus [illegible] gladio voluit [illegible] paridem [illegible] quesivit [illegible] quis esset et vocato pastore cognovit eum esse filium suum et ipsum [illegible] pulchritudinem et [illegible] sibi recepit et velut ceteros filios tenerrime dilexit.

Interrogavit hic prius hecuba ministros sompnium [illegible] ... videntes regine affectum ad puerum volentes ei applaudere [illegible] ... [illegible] quo audito eum amplius dilexit et ipsum [illegible] ... priamo regi [illegible] ... [illegible] in filium [illegible]

Populus est memini fluuiali consita riuo

Est in qua nostri littera scripta memor

Et quantu trunci tantu mea nomina crescunt

Crescite et in titulos surgite recta meos

Popule viue precor que consita margine ripe

Hoc in rugoso cortice carmen habes

Cu paris oenone poterit spirare relicta

Ad fontem xanti versa recurret aqua

Xanthe retro propera verseque recurrite limphe

Sustinet oenonen deseruisse paris

Illa dies fatu misere michi dixit ab illa

Pessima mutati cepit amoris hyemps

Qua venus et iuno sumptisque decentior armis

Venit in arbitriu nuda minerva tuu

Attoniti micuere sinus gelidusque cucurrit

Ut michi narrasti dura per ossa tremor

Consului neque enim modice terrebar anusque

Longevosque senes constitit esse nephas

Cesa est abies secteque trabes et classe parata

Cerula ceratas accipit unda rates

Flesti discedens hoc saltem parce negare

Preterito magis est iste pudendus amor

Et flesti et nostros vidisti flentis ocellos

H(ic) oenone reducit ad memoriam quod paris qualiter sua nomina in populo arbore incidebat et notavit [illegible] ... [illegible]

H(ic) oenone exclamat contra xantum [illegible] ... paris deserunt

Apostrophe ad arbores [illegible]

H(ic) oenone dicit ab illa die mala fortuna in amore incepit cum scilicet tres dee scilicet pallas venus et iuno paridi apparuerunt et ipse veneri [illegible] pelegit

H(ic) oenone ponit aliam suam miseriam [illegible] ... naves [illegible] ... paridi

Miscuimus lacrimas mestus uterque suas
Non sic appositis vincitur vitibus ulmus
Ut tua sunt collo brachia nexa meo
Ach quotiens vento cum te querere teneri
Riserunt comites ille secundus erat
Oscula dimisse quotiens repetita dedisti
Quam vix sustinuit dicere lingua vale
Aura levis rigido pendentia lintea malo
Suscitat et remis eruta canet aqua
Prosequor infelix oculis abeuntia vela
Qua licet et lacrimis humet arena meis
Utque celer venias virides nereidas oro
Utque celer venias in mea dampna celer
Votis ergo meis alii rediture redisti
Hei michi pro dira pelice blanda fui
Aspicit inmensum moles nativa profundum
Mons fuit equoreis illa resistit aquis
Hinc ego vela tue cognovi prima carine
Et michi per fluctus impetus ire fuit
Dum moror in summa fulsit in purpura prora
Pertimui cultus non erat ille tuus
Fit propior terrasque cita ratis attigit aura
Femineas vidi corde tremente genas

Non satis id fuerat quid enim furiosa morabar
Herebat gremio turpis amica tuo
Tunc vero rupique sinus et pectora planxi
Et secui madidas vngue rigente genas
Impleuique sacram querulis vlulatibus ydam
Illuc has lacrimas in mea saxa tuli
Sic helene doleat desertaque coniuge ploret
Queque prior nobis intulit ipsa ferat
Nunc tibi conueniunt que te per aperta sequantur
Equora legittimos destituantque viros
At cum pauper eras armentaque pastor agebas
Nulla nisi oenone pauperis vxor erat
Non ego miror opes nec me tua regia tangit
Nec de tot priami dicar ut vna nurus
Non tamen vt priamus nymphe socer esse recuset
Aut hecube fuerim dissimulanda nurus
Digna que sum et cupio fieri matrona potentis
Sunt michi quas possint sceptra decere manus
Nec me faginea quod tecum fronde iacebam
Despice purpureo sum magis apta thoro
Denique tutus amor meus est tibi nulla parantur
Bella nec vltrices aduehit vnda rates
Tindaris infestis fugitiua reposcitur armis

Hac venit in thalamos dote superba tuos
Que si sit danais reddenda vel hectora fratrem
Vel cum deyphebo polidamanta roga
Quid gravis antenor priamus quid suadeat ipse
Consule quis etas longa magistra fuit
Turpe rudimentum patrie preponere raptam
Causa pudenda est iusta vir arma tenet
Nec tibi si cupias fidam promitte lacenam
Que sit in amplexus tam cito versa tuos
Ut minor atrides temerati federa lecti
Clamat et externo lesus amore dolet
Tu quoque clamabis nulla reparabilis arte
Lesa pudicicia est deperit illa semel
Ardet amore tui sic et menelaon amavit
Nunc iacet in viduo credulus ille thoro
Felix andromache certo bene marito
Uxor ad exemplum fratris habenda fuit
Tu levior foliis tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta volant
Et minus est in te quam summa pondus arista
Que levis assiduis solibus usta riget
Hec tua nam recolo quondam germana canebat
Sic michi diffusis vaticinata comis

Ista cassandra fuit soror paridis que habuit scienciam predicendi futurum tale sibi collatum et infusum. Apollo petiit concubitum apud cassandram quod illa ei concedere promisit tali condicione quod daret ei predicere futura quod factum est. Illa vero postea negavit promissum et quia non licet deo promissa revocare dedit ei sic predicendi futura quod credere ei nemo

Verba Cassandre ad Oenonem

Quid facis oenone quid arene semina mandas
Non profecturis littora bobus aras
Graia iuvenca venit que te patriamque domumque
Perdat io prohibe graia iuvenca venit
Dum licet obscenam ponto demergite puppem
Heu quantum frigii sanguinis illa vehit
Dixerat in cursu famule rapuere furentem
Et michi flaventes diriguere come
Ah nimium misere vates michi vera fuisti
Possidet en saltus illa iuvenca meos
Sit facie quamvis insignis adultera certe est
Deseruit socios hospite capta deos
Illam de patria thezeus nisi nomine fallor
Nescio quis thezeus abstulit ante sua
A iuvene et cupido credatur reddita virgo
Unde hec comperim tam bene queris amo
Vim licet appelles et culpam nomine velles
Que totiens rapta est prebuit ipsa rapi
At manet oenone fallenti casta marito
Et poteris falli legibus ipse tuis
Me satiri celeres silvis ego tecta latebam
Quesierant rapido turba proterva pede
Cornigeramque caput pinu precincta acuta

Helenam appellat iuvencam quia sicut iuvenca heret pluribus tauris sic helena pluribus procis vel sicut iuvenca habet diversa pascua ita helena diversa loca per rapinam

Transfert est nam iuvence solet pasci in saltibus id est nemoribus ubi sunt pascua

Herodotus ... helenam esse raptam ...

Faunis et inmensis qua tumet ida iugis
Me fide conspicuus troie munitor amauit
Ille mee spolium virginitatis habet
Id quoque luctando rupi tamen ungue capillos
Oraque sunt digitis aspera facta meis
Nec precium stupri gemmas aurumque poposci
Turpiter ingenuum munera corpus emunt
Ipse ratus medicas dignam michi tradidit artes
Admisitque meas ad sua dona manus
Quecumque herba potens ad opem radixque medendi
Utilis in toto nascitur orbe mea est
Me miseram quod amor non est medicabilis herbis
Deficior prudens artis ab arte mea
Ipse repertor opis vaccas pauisse fereas
Fertur et e nostro saucius igne fuit
Quod nec graminibus tellus fecunda creandis
Nec deus auxilium tu michi ferre potes
Et potes et merui dignam miserere puelle
Non ego cum danais arma cruenta fero
Sed tua sum tecumque fui puerilibus annis
Et tua quod superest temporis esse precor

Ysiphile scribit Jazoni

Constat autem quod facta phebo cum Neptuno promissa sibi mercede a laomedonte troie muros fecisse

Dum peon filius appollinis vel esculapius suscitavit quendam mortuum Jupiter ea de causa fulminavit fulminibus ciclopum unde febus indignatus interfecit ciclopes. propterea febus relegatus est a Jove et pastor fuit et amavit oenone

Ysiphile fuit filia thoantis regis lemnios insule. Cum Jason filius esonis iret ad aureum vellus rapiendum apud Ysiphile suscepit eum in domum suam qui per biennium cum ea commoratus est et duos pueros cum ea procreavit accepta cum ea copula matrimoniali iuxta ritum eorum. Hec postea exigentibus sociis Jason ad rapiendum vellus profectus est promittens ad eam rapto vellere reverti. Tandem auxilio medee Jason aureum vellus obtinuit et illud secum abduxit in patriam et Ysiphilem postposuit quod audiens Ysiphile mittit ei hanc epistolam in qua ipsa [illegible] est conqueri de infidelitate Jasonis [illegible]

Littora thessalie reduci tetigisse carina
Diceris aurate vellere diues ouis
Gratulor incolumi quantum sinis hoc tamen ipsum
Debueram scripto certior esse tuo
Nam ne pacta tibi preter mea regna redires
Cum cuperes ventos non habuisse potes
Quamlibet aduerso signatur epistola vento
Ysiphile missa digna salute fui
Cur mihi fama prior quam litera nuncia venit
Isse sacros martis sub iuga panda boues
Seminibus iactis segetes adolesse virorum
Inque necem dextra non eguisse tua
Per vigilem spolium pecudis seruare draconem
Rapta tamen forti vellera fulua manu
Hec ego si possem timide credentibus ista
Ipse michi scripsit dicere quanta forem
Quid queror officium lenti cessasse mariti
Obsequium maneo si tua grande tuli
Barbara narratur venisse venefica tecum
In mihi promissi parte recepta thori
Credula res amor est utinam temeraria dicar
Criminibus falsis insimulasse virum
Nuper ab hemoniis hospes mihi thessalus oris

Venerat et tactu vix bene limen erat
Esonides dixi quid agit meus ille pudore
Hesit in opposita lumina fixus humo
Protinus exilui tunicas a pectore ruptas
Vivit an exclamo me quoque fata trahunt
Vivit ait timideque in iurare coegi
Vix michi teste deo credita vita tua est
Utque redit animus tua facta requirere cepi
Narrat erripedes martis arasse boves
Vipereos dentes in humum pro semine iactos
Et subito natos arma tulisse viros
Terrigenas populos civili marte peremptos
Implesse etatis fata diurna sue
Devictus serpens iterum si vivat yason
Querimus alternat spesque timorque fidem
Singula dum narrat studio cursuque loquendi
Detegit ingenio vulnera nostra suo
Heu ubi pacta fides ubi conubialia iura
Faxque sub arsuros dignior ire rogos
Non ego sum furto tibi cognita pronuba Iuno
Affuit et sertis tempora vinctus ymen
At michi nec Iuno nec ymen sed tristis erinis
Pretulit infaustas sanguinolenta faces

Fax mos erat antiquitus quod fax ardens ante maritum et sponsam in nuptiis portabatur ut illi marderent in amore

Quid mihi cum minyis / quid cum tritonide pinu
Quid tibi cum patria nauta typhi mea
Non erat hic aries villo spectabilis auro
Nec senis oete regia lempnos erat
Certa fui primo / sed me mala fata trahebant
Hospita feminea pellere castra manu
Lempnades quoque viros nimium vincere norunt
Milite tam forti vita tuenda fuit
Urbe virum vidi tectoque animoque recepi
Hic tibi bisque estas bisque cucurrit hyemps
Tercia messis erat cum tu dare vela coactus
Implesti lacrimis talia verba tuis
Abstrahor ysiphile sed dent modo fata recursus
Vir tuus hinc abeo vir tibi semper ero
Quod tamen e nobis gravida celatur in alvo
Vivat et eiusdem simus uterque parens
Hactenus et lacrimis in falsa cadentibus ora
Cetera te memini non potuisse loqui
Ultimus e sociis sacram conscendis in argon
Illa volat ventus concava vela tenet
Cerula propulse subducitur unda carine
Terra tibi nobis aspiciuntur aque
In latus omne patens turris circumspicit undas

Hic ferox et lacrimis oculique sinusque madent
Per lacrimas specto cupideque faventia menti
Longius assueto lumina nostra vident
Adde preces castas inmixtaque vota timori
Nunc quoque salvo persolvenda mihi
Vota ego persolvam votis Medea fruetur
Cor dolet atque ira mixtus habundat amor
Dona feram templis vivum quod Iasona perdam
Hostia pro dampnis concidat icta meis
Non equidem secura fui semperque verebar
Ne pater Argolica sumeret urbe nurum
Argolidas timui nocuit mihi barbara pelex
Non expectato vulnus ab hoste tuli
Nec facie meritisque placet sed carmine novit
Diraque cantata pabula falce metit
Illa reluctantem cursu deducere lunam
Nititur et tenebris abdere solis equos
Illa refrenat aquas obliquaque flumina sistit
Illa loco silvas vivaque saxa movet
Per tumulos errat sparsis distincta capillis
Certaque de tepidis colligit ossa rogis
Devovet absentes simulacraque cerea fingit

Et miserum tenues in iecur urget acus
Et que nesciri melius mage querit herbis
Moribus et forma conciliandus amor
Hanc potes amplecti thalamoque relictus in uno
Impavidus sompno nocte silente frui
Scilicet ut thauros ita te iuga ferre coegit
Quaque feros angues te quoque mulcet ope
Adde quod ascribi factis procerumque tuis que
Se volet et titulo coniugis uxor obest
Atque aliquis pelie de partibus acta venenis
Imputat et populum qui sibi credit habet
Non hec esonides sed filia phasias oete
Aurea frixee terga revellit ovis
Non probat altimede mater tua consule matrem
Non pater a gelido cui venit axe nurus
Illa sibi tanais scitieque paludibus unde
Queerat et patria phasidis usque virum
Mobilis et esonides vernaque incertior aura
Cur tua polliciti pondere verba carent
Vir meus hinc ieras vir non meus inde redisti
Sim reducis coniux sicut euntis eram
Si te nobilitas generosaque nomina tangunt
En ego minoo nata thoante feror

Bachus auus bachi coniux redimita corona
Preradiat stellis signa minora suis
Dos tibi lempnos erit terra ingeniosa colenti
Me quoqz dotales inter habere potes
Nunc etiaz peperi gratare ambobus iason
Dulce michi grauide fecerat auctor onus
Felix in numero qz sum prolez gemella
Pignora lucina bina fauente dedi
Si queris cui sint similes cognosceris illis
Falle non norunt cetera patris habent
Legatos quos pene dedi pro matre ferendos
Sed tenuit ceptas seua nouerca vias
Medeam timui plus est medea nouerca
Medee faciunt ad scelus omne manus
Spargere que fratris potuit lacerata per agros
Corpora pignoribus parcet illa meis
Hanc tamen o demens colchis ablate venenis
Diceris ysiphilis preposuisse thoro
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo
Me tibi teqz michi teda pudica dedit
Prodidit illa patrem rapui de cede thoanta
Deseruit colchos me mea lempnos habet
Quid refert scelerata piam si vincit et ipsa

Crimine dotata est emeruitque virum
Lempniadum facinus culpo non miror Iason
Quodlibet ad facinus ipse dat arma dolor
Dic age si ventis ut oportuit actus iniquis
Intrasses portus tuque comesque meos
Obviaque exissem fetu comitante gemello
Hiscere nonne tibi terra roganda fuit
Quo vultu natos quo me scelerate videres
Perfide quo precio qua nece dignus eras
Ipse quidem per me tutus sospesque fuisses
Non quia tu dignus sed quia mitis ego
Pelicis ipsa meos implessem sanguine vultus
Quosque veneficiis abstulit illa suis
Medee Medea forem quod si quis ab alto
Iustus adest votis Iupiter ipse meis
Quod gemit Ysiphile lecti quoque subnuba nostri
Mereat et leges sentiat ipsa suas
Utque ego destituor coniux materque duorum
A totidem natis orba sit illa viro
Nec male parta diu teneat peiusque relinquat
Exulet et toto querat in orbe fugam
Quam fratri germana fuit miseroque parenti
Filia tam natis tam sit acerba viro

Hic per modum interrogacionis Ysiphile dicit ad Iazonem interrogans eum quid faceret si contrarium venti per opposita ipsum appulissent cum Medea ad portum Ysiphiles

Hic Ysiphile imprecatur Medee et post imprecata est taliter sibi evenit ut textus autoris dicit

Sic ubi fata. post destructionem troie Eneas cum hiis de troya qui secum fuerunt querens sibi locum seu terram ubi maneret, pervenit itaque ad terram ubi Dido mulier satis venusta manebat que alio nomine dicebatur elissa. Ipsa dido predictum Eneam suscepit et cum ardenter amavit cui eciam tradidit suam terram, quam construxit nomine carthaginem tunc et manens cum ea prolem habuerunt. Tandem cum Enee predicta terra seu locus ad manendum non placeret ad partes Italie se transtulit et ipsam dido reliquit. Unde ipsa dido scribit ei hanc epistolam ut nomina terram non quereret, sed per fata et habita teneret et possideret ac cum ea in amore permaneret. Eneas ipsa spreta non advertit. Unde ipsa dido pre nimio dolore gladio Enee quem apud eam dimisit se interfecit. Intencio autem est reprehendere ipsam dido de stulto amore quo hominem advenam et ignotum dilexit.

Cum mare cum terras consumpserit aera temptet
Erret inops mentis cede cruenta sua
Hec ego coniugio fraudata thoantias oro
Vivite devoto nuptaque virque thoro

Dido mittit Enee

Sic ubi fata vocant udis abiectus in herbis
Ad vada meandri concinit albus olor
Accipe dardanida moriture carmen elisse
Hec legis a nobis ultima verba legis
Nec quia te nostra sperem prece posse moveri
Alloquor adverso movimus ista deo
Sed meriti famam corpusque animumque pudicum
Cum male perdiderim perdere verba leve est
Certus es ire tamen miseramque relinquere didon
Atque idem venti vela fidemque ferent
Certus es enea cum fede solvere naves
Queque ubi sint nescis ytala regna sequi
Nec nova carthago nec te crescencia tangunt
Menia nec sceptro tradita summa tuo
Facta fugis facienda petis querenda per orbem
Altera quesita est altera terra tibi est
Ut terram invenias quis eam tibi tradet habendam
Quis sua non notis arva tenenda dabit
Alter amor tibi restat habendus et altera dido

Quaque iterum fallas altera danda fides

Quando erit ut condas instar carthaginis urbem

Ut videas populos altus ab arce tuos

Omnia si veniant nec te tua vota moventur

Unde tibi que te sic amet uxor erit

Uror ut inducto cerate sulphure tede

Eneam animo noxque diesque refert

Ille quidem male gratus et ad mea munera surdus

Et quo si non sim stulta carere velim

Non tamen eneam quamvis male cogitet odi

Sed queror infidum questaque peius amo

Parce venus nurui durumque amplectere fratrem

Frater amor castris militet ipse tuis

Aut ego que cepi neque enim dedignor amorem

Materiam cure prebeat ille mee

Fallor et ipsa michi false iactatur ymago

Matris ab ingenio dissidet ille sue

Te lapis et montes innataque rupibus altis

Robora te seue progenuere fere

Aut mare quale vides agitari nunc quoque ventis

Quo tamen adversis fluctibus ire paras

Quo fugis obstat hiemps hiemis mihi gratia prosit

Aspice ut euersas concitat eurus aquas

h' dicit per modum interrogationis

ponit similitudinem sui amoris

h' exclamat contra venerem

Quod tibi malueris sine me debere procellis
Iustior est animo ventus et unda tuo
Non ego sum tanti quamvis meditaris inique
Vt pereas dum me per freta longa fugis
Exerces odia et preciosa constancia magno
Si dum me careas est tibi vile mori
Iam venti ponent strataque equaliter unda
Ceruleis triton per mare curret equis
Tu quoque cum ventis utinam mutabilis esses
Et nisi duricia robora vinces eris
Quod si nescires insana quid equora possent
Experte tociens tam male credis aque
Vt pelago suadente etiam retinacula soluas
Multa tamen latus tristia pontus habet
Nec violasse fidem temptantibus equora prodest
Perfidie penas exigit ille locus
Precipue cum lesus amor quia mater amorum
Nuda cythereiacis edita fertur aquis
Perdita ne perdam timeo noceamve nocenti
Ne bibat equoreas naufragus hostis aquas
Viue precor sic te melius quam funere perdam
Tu potius leti causa ferere mei

Finge age te rapido nullum sit in omine pondus
Turbine deprendi quid tibi mentis erit
Protinus occurrent false periuria lingue
Et tyria dido fraude coacta mori
Coniugis ante oculos decepte stabit ymago
Tristis et effusis sanguinolenta comis
Quid tanti est totum merui concedite dicas
Queque cadent in te fulmina missa putes
Da breve sevicie spacium pelagique tue que
Grande more precium tuta futura via est
Nec mihi tu parcas puero parcatur Iulo
Te satis est titulum mortis habere mee
Quid puer ascanius vel quid meruere penates
Ignibus ereptos obruet unda deos
Sed neque fers tecum nec que mihi perfide iactas
Presserunt humeros sacra paterque tuos
Omnia mentiris nec enim tua fallere lingua
Incipit a nobis primaque plector ego
Si queras ubi sit formosi mater iuli
Occidit a duro sola relicta viro
Hec mihi narrabas et me movere merentem
Inde minor culpa pena futura mea est
Nec mihi mens dubia est quin te tua numina damnet

Si queras h(oc) not(andum) quod Eneas alteram quam amavit et ex ea prole genuit Julium qua postea dimisit

Per mare terras septima iactat hyemps
Fluctibus eiectum tuta statione recepi
Vixque bene audito nomine regna dedi
His tamen officiis utinam contenta fuissem
Et mihi concubitus fama sepulta foret
Illa dies nocuit qua nos declive sub antrum
Ceruleus subitis compulit ymber aquis
Audieram vocem nymphas ululasse putavi
Eumenides fatis signa dedere meis
Exige lese pudor penas violate sichen
Ad quas me miseram plena pudoris eo
Est in marmorea sacratus aede Sicheus
Apposite frondes velleraque alba tegunt
Hinc ego me sensi noto quater ore citari
Ipse sono tenui dixit Elissa veni
Nulla mora est venio quondam tibi dedita coniux
Sum tamen admissi tarda pudore mei
Da veniam culpe decepit ydoneus auctor
Invidiam noxe detrahit ille mee
Diva parens seniorque pater pia sarcina nati
Spem michi mansuri rite dedere viri
Si fuit errandum causas habet error honestas
Adde fidem nulla parte pigendus erit

Durat in extremum vitaeque novissima nostrae
Prosequitur fati qui fuit ante tenor
Decidit in terras coniux mactatus ad aras
Et sceleris tanti praemia frater habet
Exul agor cineresque viri patriamque relinquo
Et feror in duras hoste sequente vias
Applicor ignotis fratrique elapsa fretoque
Quod tibi donavi perfide litus emo
Urbem constitui lateque patentia fixi
Moenia finitimis invidiosa locis
Bella tument bellis peregrina et femina temptor
Vixque rudes portas urbis et arma parant
Mille procis placui qui me coiere querentes
Nescio quem thalamis praeposuisse suis
Quid dubitas vinctam Getulo tradere Iarbe
Praebuerim sceleri brachia nostra tuo
Est etiam frater cuius manus impia possit
Respargi nostro sparsa cruore viri
Pone deos et quae tangendo sacra prophanas
Non bene celestes impia dextra colit
Si tu cultor eras elapsis igne futurus
Penitet elapsos ignibus esse deos
Forsitan et gravidam Didon scelerate relinquis

Parsqꝫ tui lateat corpe clausa meo
Accedet fatis matris miserabilis infans
Et nondum nati funeris actor eris
Cumqꝫ parente sua frater morietur Iuli
Penaqꝫ conexos auferat una duos
Sed iubet ire deus vellem vetuisset adire
Punica nec teucris pssa fuisset humus
Hoc duce nempe deo ventis agitaris iniquis
Et teris in rapido tempora longa freto
Pergama vix tanto tibi erat repetenda labore
Hectore si vivo quanta fuere forent
Non patrium simoenta sed petis tybridis undas
Nempe ut pervenias quo cupis hospes eris
Utqꝫ latet vitatqꝫ tuas abstrusa carinas
Vix tibi continget terra petita seni
Hos populos potius in dotem ambage remissa
Accipe et advectas pigmalionis opes
Ilion in tyriam transfer felicius urbem
Inqꝫ loco regis regiaqꝫ sceptra tene
Si tibi mens avida est belli si querit iulus
Unde suo partus marte triumphus eat
Quem superet nequid desit prebebimus hostem
Hic pacis leges hic locus arma capit

Tu modo per patrem fratrisque tela sagittas
Perque fuge comites dardania sacra deos
Sic superent quoscumque tua de gente reportas
Mars ferus et dampni sit modus ille tui
Ascaniusque suos feliciter impleat annos
Et senis Anchise molliter ossa cubant
Parce precor domui que se tibi tradit habendam
Quod crimen dicis preter amasse meum
Non ego sum phthya magnis oriunda micenis
Nec steterant in te virque paterque meus
Si pudet uxoris non nupta sed hospita dicar
Dum tua sit dido quodlibet esse feret
Nota michi freta afrum frangencia littus
Temporibus certis dantque negantque viam
Cum dabit aura viam prebebis carbasa ventis
Nunc levis eiectam continet alga ratem
Tempus ut observem manda michi serius ibis
Nec te si cupias ipsa manere sinam
Et socii requiem poscunt laniataque classis
Postulat exiguas semirefecta moras
Pro meritis et si qua tibi debebimus ultra
Pro spe coniugii tempora parva peto
Dum freta mitescunt et amor dum forte tepescet

Fortiter ediscam tristia posse pati
Si minus est animus nobis effunde vitam
In me crudelis non potes esse diu
Aspicias utinam que sit scribentis ymago
Scribimus et gremio troicus ensis adest
Perque genas lacrime strictum labuntur in ensem
Qui iam pro lacrimis sanguine tinctus erit
Quam bene conveniunt facto tua munera nostro
Instruis impensa nunc mea sepulcra brevi
Nec mea nunc primum feriuntur pectora telo
Ille locus sevi vulnus amoris habet
Anna soror soror anna mee male conscia culpe
Iam dabis in cineres ultima dona meos
Nec consumpta rogis inscribar elissa sichei
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit
Prebuit eneas et causam mortis et ensem
Ipsa sua dido concidit icta manu

Hermione scribit horesti

Pirrus achileides animosus ymagine patris
Inclusam contra iura pudoris tenet
Quod potui renui ne non invita tenerer
Cetera feminee non valuere manus
Quid facis eacide non sum sine vindice dixi

Pirrus achileides / Notandum pro intellectu istius epistole. Menelaus rex cum uxore sua helena habuit filiam nomine hermionem. Qui menelaus postquam pro repetenda uxore sua ad bellum troianum profectus fuit regnum suum et omnia bona sua tindareo socero suo patri helene in tuicionem et gubernacionem commisit. Cum itaque menelaus in bello diu maneret predicta hermione adolevit seu ad annos nubiles pervenit. Ipse tyndareus hermionem horesti filio fratris menelai filio desponsavit. Menelaus vero circa troiam existens filiam suam hermionem pirro filio achilis dare promisit in uxorem et ipsam promissionem iusiurando et fideiussione firmavit quamvis nesciens quod tyndareus hermionem horesti primo desponsavit. Pyrrus itaque ipsam hermionem ea nolente recepit. Ipsa autem hermione scribit horesti hanc epistolam et eum sibi repetit

Hermione

Hec est sub domino pirre puella suo

Surdior ille freto clamantem nomen horestis

Traxit inornatis in sua tecta comis

Quid gravius capta lacedemone serva tulissem

Si raperet graias barbara turba nurus

Parcius andromachen vexavit achaia victrix

Cum danaus frigias ureret ignis opes

At tu cura mei si te pia tangit horeste

Inice non timidas in tua iura manus

An si quis rapiat stabulis armenta reclusis

Arma feras rapta coniuge lentus eris

Sit socer exemplo nupte repetitor adempte

Nupta foret paridi mater ut ante fuit

Nec tu mille rates sinuosaque vela pararis

Nec numeros danai militis ipse veni

Sic quoque eram repetenda nec est turpe marito

Aspera pro caro bella tulisse thoro

Quid quod avus nobis idem pelopeius atreus

Et si non esses vir michi frater eras

Vir precor uxori frater succurre sorori

Instant officio nomina bina tuo

Me tibi tyndareus vita gravis auctor et annis

Tradidit arbitrium neptis habebat avus
At pater Eacide promisit inscius acti
Plus quoque quod potest ordine possit avus
Cum tibi nubebam nulli mea teda nocebat
Si iungar pirro tu michi lesus eris
Et pater ignoscet nostro menelaus amori
Succubuit telis preceptis ipse dei
Quem sibi promisit generum concedit amorem
Proderit exemplo mater amata suo
Tu michi quod michi pater est quas gesserat olim
Dardaniasque partes advena pirrus agit
Ille licet patriis sine fine superbiat actis
Et tu que referas facta parentis habes
Tantalides omnes ipsumque regebat achillem
Hic pars militie dux erat ille ducum
Tu quoque habes proavum pelope pelopisque parentem
Si melius numeres a Iove quintus eris
Nec virtute cares arma invidiosa tulisti
Sed tu quid faceres induit illa patrem
Materia vellem fortis meliore fuisses
Nec lecta est operi sed data causa tuo
Hanc tamen implesti iugulo egistus aperto

Tecta cruentavit que pater ante tuus
Increpat eacides laudesque in crimina vertit
Et tamen aspectus sustinet ille meos
Rumpor et ora michi pariter cum mente tumescunt
Pectoraque inclusis ignibus usta dolent
Hermione coram quisquamne obiecit Oresti
Nec michi sunt vires nec ferus ensis adest
Flere licet certe flendo diffundimus iram
Perque sinum lacrime fluminis instar eunt
Has semper solas habeo semperque profundo
Hument inculte fonte perenne gene
Hoc generis fato quod nostros errat in annos
Tantalides matres apta rapina sumus
Non ego fluminei referam mendacia cigni
Nec querar in plumis delituisse iovem
Qua duo porrectus longe freta distinet isthmos
Vecta peregrinis ypodomia rotis
Castori amicleo et amicleo polluci
Reddita mesopia tindaris urbe soror
Tindaris ydeo trans equora ab hospite rapta
Argolicas pro se vertit in arma manus
Vix equidem memini memini tamen omnia luctus

Omnia solliciti plena timoris erant
Flebat auus flebatque soror fratresque gemelli
Orabat superos leda suumque iouem
Ipsa ego non longos eciam tunc scissa capillos
Clamabam sine me me sine mater abis
Iam coniunx aberat ne non pelopeia credar
Ecce neoptolomo preda parata fui
Pelides utinam uitasset appollinis arcus
Dampnaret nati facta proterua pater
Nec quondam placuit nec nunc placuisset achilli
Abducta uiduum coniuge flere uirum
Que mea celestes iniuria fecit iniquos
Quodue mihi misere sidus obesse querar
Parua mea sine matre fui pater arma ferebat
Et duo cum uiuant orba duobus eram
Non tibi blandicias primis mea mater in annis
Incerto dictas ore puella dedi
Non ego captaui breuibus tua colla lacertis
Intraui thalamos nec gremio sedi sarcina grata tuo
Nec cultus tibi cura mei nec pacta marito
Intraui thalamos matre parante nouos

Obuia prodieram reduci tibi vera fatebor

Nec facies nobis nota parentis erat

Te tamen helenen quod eras pulcherrima sensi

Ipse requirebas que tua nata foret

Pars hec una michi coniux bene cessit horestes

Is quoque ni pro se pugnet ademptus erat

Pirrus habet captam reduce et victore parente

Hec munus a nobis diruta troya dedit

Cum tamen altus equis tytan radiantibus instat

Perfruor infelix liberiore malo

Nox ubi me thalamis ululantem et acerba gementem

Condidit in mesto procubuique thoro

Pro sompno lacrimis oculi funguntur abortis

Quaque licet fugio sicut ab hoste viro

Sepe malis stupeo rerumque oblita locique

Ignara tetigi Scyria membra manu

Utque nefas sensi male corpa tacta relinquo

Et michi pollutas credor habere manus

Sepe neoptolemi pro nomine nomen horestis

Exit et errore vocis ut omen amo

Per genus infelix oro generisque parentem

Qui freta qui terras et sua regna quatit

Gratulor Deyanira fuit uxor herculis qui fuit vir fortissimus [illegible] hercules cum quodam tempore cum uxore sua predicta deyanira per viam equitaret, habuerunt quoddam magnum flumen pertransire. Et quod [illegible] flumen, Nessus quidam magnus homo et nauta extitit ita quod homines per ipsum flumine transportabat. Itaque Nessus in primis deyaniram per ipsum flumine transportavit. Ipsaque transportata ipse Nessus volebat cum ea coire hercule in alia parte fluminis stante et [illegible] hercules itaque extenso arcu sagittavit Nessum in pectore sagitta venenata. Nessus ergo videns se per herculem mortaliter vulneratum deposuit de se camisiam que per illa sagitta fuit venenata et eam deyanire tradidit dicens ipsam camisiam valere ad obtinendum amorem cuiuscumque eam deferret. Nessus autem ab illo vulnere mortuus est. Postea hercules Ethaliam [illegible] seu regionem devicit in qua yolen formosissimam puellam recepit et eam vehementer amavit et iuxta ipsius yolen voluntatem [illegible] et [illegible] labores femineos et hec epistola tangit. Excecabat deyanira videns se iam ab hercule in amore despectam misit sibi illam camisiam quam ei Nessus dederat [illegible] Nessus asserebat hercules ad amorem suum revocaret. hercules induit camisiam et a veneno quo ipsa camisia per sagittam fuit tincta [illegible]

Per patris ossa tui patrui mihi que tibi debent
Que modo sub tumulo fortiter ulta iacent
Aut ego premoriar primoque extinguar in evo
Aut ego tantalide tantalis uxor ero

Epistola IX

Deyanira scribit Herculi

Gratulor Ethaliam titulis accedere nostris
Victorem victe succubuisse queror
Fama pelasgiades subito pervenit in urbes
Decolor et factis infitianda tuis
Quem nunquam Iuno seriesque inmensa laborum
Fregerit huic yolen imposuisse iugum
Hoc velit euristeus velit hoc germana tonantis
Letaque sit in te labe noverca tue
At non ille velit cui nox sic creditur una
Non tanti ut tantus conciperere erat
Plus tibi quam Iuno nocuit venus illa premendo
Sustulit hec humilis sub pede colla tenet
Respice vindicibus pacatum viribus orbem
Qua lata nereus ceruleus ambit humum
Se tibi pax terre se tota tibi equora debent
Implesti meritis solis utramque domum
Quod te laturum est celum prius ipse tulisti

Hercule supposito sidera fulsit athlas

Mn nota est misero quesita pudori

Si tumulas stupri facta priora notis

Te ne ferunt geminos pressisse tenaciter angues

Cum tener in cunis iam ioue dignus eras

Cepisti melius quam desinis ultima primis

Cedunt dissimiles hic vir et ille puer

Quem non mille fere quem stenelius hostis

Non potuit iuno vincere vicit amor

At bene nupta feror quia nominor herculis uxor

Sitque socer rapidis qui tonat altus equis

Quam male inequales veniunt ad aratra iuvenci

Tam premitur magno coniuge nupta minor

Non honor est sed onus species lesura ferentes

Si qua voles apte nubere nube pari

Vir mihi semper abest et coniuge notior hospes

Monstraque terribiles persequiturque feras

Ipsa domi vidua votis operata pudicis

Torqueor infesto ne vir ab hoste cadat

Inter serpentes aprosque avidosque leones

Iactor et hesuros terna per ora canes

Me pecudum fibre simulacraque inania somni

Omnia que achaia nocte petita movent
Aucupor infelix incerte murmura fame — qualis sit fama tui
Speque timor dubia spesque timore cadit
Mater abest queritur que deo placuisse potenti — quia nemo complacet me
Nec pater amphitrion nec puer illus adest
Arbiter euristeus ire iunonis inique
Sentitur nobis iraque longa dee
Hec mihi ferre parum est peregrinos addis amores — quia hec aliam uxorem volens
Et mater de te quelibet esse potest — quia quamlibet subagitas
Non ego parteneys violatam vallibus augen
Nec referam partus ormeni nympha tuos
Nec tibi crimen erunt teutrancia turba sorores
Quarum de populo nulla relicta tibi est
Una recens crimen refertur adultera nobis
Unde ego sum lido facta noverca lamo — filio tuo Dalida per omphale natus
Meander terris qui terris errat in hisdem
Qui lassas in se sepe retorquet aquas
Vidit in herculeo suspensa monilia collo
Illo cui celum sarcina parva fuit
Non puduit fortes auro cohibere lacertos
Et solidis gemmas imposuisse thoris

O stendit ipsum esse ... remorem ... et molli et lasciue habitu brachia ... magna ... laude digna ...

Nempe sub his animam pestis nemea lacertis
Edidit. vnde humerus tegmina leuus habet
Ausus es irsutos mitra redimire capillos
Aptior herculee populus alba come
Nec te meonia lasciue more puelle
Incingi zona dedecuisse pudet
Non tibi succurrit crudi diomedis ymago
Et ferus humana qui dape pauit equos
Si te vidisset cultu busyris in isto
Huic victor victo nempe pudendus eras
Detrahat antheus duro redimicula collo
Et pigeat molli succubuisse thoro
Inter ionathas calathum tenuisse puellas
Diceris dñe pertimuisse minas
Non fugis alcyde victricem mille laborum
Basilibus calatis imposuisse manum
Crassaque robusto deducis pollice fila
Equaque formose pensa rependis here
Ah quociens digitis dum torques stamina duris
Preualide fusos comminuere manus
Crederis infelix scutice tremefactus habenis

Leo quem ipse interfecit in nemea silua ...

Diomedes fuit tyrannus recipiens hospites et quoscumque recepit interfecit et pauit equos suos cum sanguine illorum. Sed busyris fuit quidam malefactor quem ipse interfecit. Similiter antheus suspendit homines in summitate arborum flectendo arbores ad terram

Fusus instrumentum cum quo fila netur

... ad ... erat ...

Busyris tyrannus ... filius neptuni ... interfecit ...

Antheus fuit gigas ...

Et ... scutica ... ad ... habenas

Ante pedes domine pertimuisse minas
Eximijs pompis preconia summa triumphi
Factaque narrabas dissimulanda tibi
Scilicet immanes elisos faucibus ydros
Infantem caudis inuoluisse manum
Vt tegeus aper in cipressifero erimantho
Incubat et vasto pondere lesit humum
Non tracijs affixa penatibus ora
Non hominum pingues cede tacentur eque
Prodigium triplex armento diues hiberi
Gerione quamvis in tribus vnus erat
Inque canes totidem trunco digestus ab vno
Cerberus implicitis angue minante comis
Queque redundabat fecundo vulnere serpens
Fertilis et dampnis dicior ipsa suis
Quique inter leuumque latus leuumque lacertum
Pregraue compressa fauce pependit onus
Et male confisum pedibus formaque bimembri
Pulsum thessalijs agmen equestre iugis
Hec tu sydonio potes insignitus amictu
Dicere non cultu lingua retenta silet

Sed quoque nympha tuis ornatur dardanis armis
Et tulit e capto nota trophea viro
I nunc tolle animos et forcia gesta recense
Quo tu non esses iure vir illa fuit
Qua tanto minor es quanto te maxime rerum
Quam quos vicisti vincere maius erat
Illi procedit rerum mensura tuarum
Cede bonis heres laudis amica tue
Pro pudor hirsuti costis exuta leonis
Aspera texerunt vellera molle latus
Falleris et nescis non spolia illa leonis
Sed tua tuque fere victor es illa tui
Femina tela tulit lerneis atra venenis
Ferre gravem lana vix satis apta colum
Instruxitque manum clava domitrice ferarum
Vidit et in speculo coniugis arma sui
Hec tamen audieram licuit non credere fame
Et venit ad sensus mollis ab aure dolor
Ante meos oculos adducitur advena pelex
Nec mihi que patior dissimulare licet
Non sinis averti mediam captiva per urbem
Invitis oculis aspicienda venit

Nec venit incultis captarum more capillis
Fortunam vultum fassa tegendo suum
Ingreditur late lauto spectabilis auro
Qualiter in Frigia tu quoque cultus eras
Dat vultum populo sublimis ut Hercule victo
Oetholiam victo stare parente putes
Forsitan expulsa de Oetholide Deidamia
Nomine deposito pellicis uxor erit
Euriados Yoles atque insani Alcide
Turpia formosus corpora iunget Hymen
Mens fugit admonitu frigusque perambulat artus
Et iacet in gremio languida facta manus
Me quoque tu multis sed me sine crimine amasti
Ne pigeat pugne bis tibi causa fui
Cornua flens legit ripis Achelous in udis
Truncaque limosa tempora mersit aqua
Semivir occubuit in letifero Eveno
Nessus et infecit sanguis equinus aquas
Sed quid ego hec refero scribenti nuncia venit
Fama virum tunice tabe perire mee
Ei mihi quid feci quo me furor egit amantem
Impia quid dubitas Deidamia mori

An tunc in media coniux lacerabat ethna
Tu sceleris tanti causa superstes eris
Et quid adhuc habeo facti cur Herculis uxor
Credar, coniugii mors mihi pignus erit
Tu quoque cognosces in me meleagre sororem
Impia quid dubitas deyanira mori
Heu devota domus solio sedet agrius alto
Oenea desertum nuda senecta premit
Exulat ignotis tydeus germanus in oris
Alter fatali vivus in igne fuit
Exegit ferrum sua per precordia mater
Impia quid dubitas deyanira mori
Deprecor hoc unum per iura sacerrima lecti
Ne videar fatis insidiata tuis
Nessus ut est avidum percussus arundine pectus
Hic dixit virus sanguis amoris habet
Illita nessco tibi misi texta veneno
Impia quid dubitas deyanira mori
Iamque vale senior que pater germanaque gorge
Et patria patrie frater adempte tue
Et tu lux oculis hodierna novissima nostris
Virque sed o possis et puer hile vale

Que legis. Notandum iste Thezeus dilexit duas sorores filias regis Minos. Cum autem furtim et clandestine eas visitaret rex Minos sentiens eum esse apud filias eius perditas volebat eum etiam facinus stupri arripere. Adriagne autem emisit eum per cordam de domo et sic evasit manus regis Minos. Postmodum iste Thezeus recepit secum Adriagnam sed postquam cum ea fugeret, etiam quoddam litus maris quiescebant, et per noctem pausaverunt. Dormiente eam ab ea ~~manum apprendit~~ Thezeus surgens silenter in naves ascendit et Adriagna in littore remansit ipsa dormiente. Evigilans autem Adriagna invenit se solam in littore et cognovit se esse per Thezeum deceptam. Unde ipsa Adriagna scribit ei hanc epistolam de eodem loco petens eum ut ad eam redeat et eam sibi recipiat quia amorem suum spreverit et postmodum sororem seniorem nomine Fedram sibi recepit in uxorem.

Adriagne scribit Thezeo

Que legis ex illo thezeu tibi littore mitto
Unde tuam sine me vela tulere ratem
In quo me sompnusque meus male perdidit et tu
Per facinus sompnis insidiate meis
Micius inveni quam te genus omne ferarum
Credita non ulli quam tibi peius eram
Tempus erat vitrea quo primum terra pruina
Spargitur et tecte fronde queruntur aves
Incertum vigilans a sompno languida movi
Thesea prensuras semisopita manus
Nullus erat referoque manus iterumque retempto
Perque thorum moveo brachia nullus erat
Excussere metus sompnum conterrita surgo
Membraque sunt viduo precipitata thoro
Protinus adductis sonuerunt pectora palmis
Utque erat a sompno turbida rapta coma est
Luna fuit specto si quid nisi littora cernam
Quod videant oculi nil nisi littus habent
Nunc huc nunc illuc et utroque sine ordine curro
Alta puellares tardat arena pedes
Interea toto clamanti in littore thezeu

Margin glosses: unde i. a quo littore; [illegible] pro se [illegible] debuisset; dicit fuisse autumnale tempus; Matutinum [illegible]; Hinc loquitur semisepulta [?] vel in secreto [?] [illegible] de sepulto; quia dormiendo turbata [illegible]; splendor lumen

Reddebant nomen concava saxa tuum · resonabilis echo reddit m[ihi]

Et quotiens ego te totiens ille vocabat

Ille locus misere ferre volebat opem

Mons fuit apparent frutices in vertice rari

Hic scopulus rauc[is] pendet adesus aquis

Ascendo vires animus dabat atque ita late

Equora prospectu metior alta meo

Inde ego nam ventis quoque sum crudelibus usa

Vidi precipiti carbasa tensa nocho

Aut vidi aut fuerant que me vidisse putarem

Frigidior glacie semianimisque fui

Nec languere diu patitur dolor excitor illo

Excitor et summa thezea voce voco

Quo fugis exclamo scelerate revertere thezeu

Flecte ratem numerum non habet illa suum

Hec ego quod voci deerat plangore replebam

Verbera cum verbis mixta fuere meis

Si non audires ut saltem cernere posses

Iactate late signa dedere manus

Candidaque imposui longe velamina virge

Scilicet oblitos admonitura mei

Iamque oculis ereptus eras tunc denique flevi

Torpuerat molles ante dolore gene
Quid potius facerent quam me mea lumina flerent
Postquam desierant vela videre tua
Aut ego diffusis erravi sola capillis
Qualis ab Ogigio concita bacha deo
Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi
Quamque lapis sedes tam lapis ipsa fui
Sepe thorum repeto qui nos acceperat ambos
Sed non acceptos exhibiturus erat
Et tua que possum pro te vestigia tango
Strataque que membris intepuere tuis
Incumbo lacrimis que thoro manante profusis
Pressimus exclamo te duo redde duos
Venimus huc ambo cur non discedimus ambo
Perfide pars nostri lectule maior ubi est
Quid faciam quo sola ferar vacat insula cultu
Non hominum video non ego facta boum
Omne latus terre cingit mare navita nusquam
Nulla per ambiguas classis itura vias
Finge dari comitesque mihi ventosque ratemque
Quid sequar accessus terra paterna negat
Ut rate felici pacata per equora labar

Temperet ut ventos eolus. exul ero

Non ego te crete centum digesta per urbes — insula que dicitur c. urbes habere

Aspiciam puero cognita terra iovi

Nam At pater et tellus iusto regnata parenti

Pro Prodita sunt facto nomina cara meo

Cum tibi ne victus tecto morere recurvo — in laborintho — Periphrasis labirinthi

Que regerent passus pro duce fila dedi

Cum michi dicebas per ego ipsa pericula iuro

Te fore dum nostrum vivet uterque meam

Vivimus et non sum theseu tua si modo vivis

Femina periuri fraude sepulta viri — o theseu

Me quoque qua fratrem mactasses improbe clava

Esset quam dederas morte soluta fides

Nunc Nunc ego non tantum que sum passura recordor

Sed quecumque potest ulla relicta pati

Occurrunt animo pereundi mille figure

Morsque minus pene quam mora mortis habet

Iam iam venturos aut hac aut suspicor illac

Qui lanient avido viscera dente lupos

Forsitan et fulvos tellus alit ista leones

Quis scit an et sevas tigrides insula habet

Et freta dicuntur magnos expellere phocas
Quis vetat et gladium per latus ire meum
Tum ne religer dura captiva cathena
Neve traham serva grandia pensa manu
Cui pater est minos cui mater filia phebi
Quodque magis memini que tibi pacta fui
Si mare si terras porrectaque littora vidi
Multa mi terre multa minatur aque
Celum restabat timeo simulacra deorum
Destituor rapidis preda cibusque feris
Sive colunt habitantque viri diffidimus illis
Externos didici lesa timere viros
Viveret androgeus utinam nec facta luisses
Impia funeribus cycropis terra tuis
Nec tua mactasset nodoso stipite thezeu
Ardua parte virum dextera parte bovem
Nec tibi que reditus monstraret fila dedissem
Fila per adductas sepe recepta manus
Non equidem miror si stat victoria tecum
Strataque cretea belua texit humum

Non poterant figi precordia ferrea cornu
Ut te non tegeret pectore tutus eras
Illic qui silices thesea vincant habes
Crudeles sompni qui me tenuistis inertem
Aut semel eterna nocte premenda fui
Vos quoque crudeles venti nimiumque parati
Flaminaque in lacrimas officiosa meas
Dextera crudelis que me fratremque necavit
Et data poscenti nomen inane fides
In me iurarunt sompnus ventusque fidesque
Prodita sum causis una puella tribus
Ergo ego nec lacrimas matris moritura videbo
Nec mea qui digitis lumina condat erit
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras
Nec positos artus unget amica manus
Ossa superstabunt volucres inhumata marine
Hec sunt officiis digna sepulcra meis
Ibis cecropios portus patriaque receptus
Cum steteris celsus in arce tue
Et bene narrabis letu taurique virique

quia te solebat ungere se

Ibis athenas quas cecrops rex condidit

Dextraque per dubias saxa tetra vias
Me quoque narrato solam tellure relictam
Non ego sum titulis surripienda tuis
Nec pater est egeus nec tu pitheidos ethre
Filius auctores saxa fretumque tui
Di facerent ut me summa de puppe videres
Movisset vultus mesta figura tuos
Nunc quoque non oculis sed qua potes aspice mente
Herentem scopulo quem vaga pulsat aqua
Aspice dimissos lugentis more capillos
Et tunicas lacrimis sicut ab ymbre graves
Corpus ut impulse segetes aquilonibus horrent
Litteraque articulo pressa tremente labat
Non te per meritum quoniam male cessit adoro
Debita sit facto gratia nulla meo
Sed nec pena quidem si non ego causa salutis
Non tamen est cur sis tu mihi causa necis
Has tibi plangendo lugubria pectora lassas
Infelix tendo transfreta longa manus
Hos tibi qui superant ostendo mesta capillos
Per lacrimas oro quas tua facta movent

Colis colidi Notandum Colus fuit Rex qui habuit filium nomine machareum et filiam nomine Canatem. Iste machareus dilexit valde sororem suam predictam et eciam canates machareum. In illa dilatione contraxerunt et ita canates concepit plenum. Machareus autem ante diem partus fugit a patre. Cum ergo canates peperit filium, nutrix volens occultare factum involvens puerum inter virgulta volebat eum exportare, et simulans facere aliud sacrum dicebat verba [illegible] quia colus sedebat in medio pallacii. Cum vero nutrix talem puerum portaret et vellet preire colum infans vagitum emisit. Rex colus indignatus iussit infantem allidi per parietem et ad tandem prodi

Postea colus misit canati gladium ut eo se interficeret. Recepto canates gladio scribit fratri suo machareo hanc epistolam. In fine petit enim ut veniat et ipsam et puerum in uno sepulcro sepeliat. Intencio autoris est utrumque reprehendere de illicito amore. Dicit ergo Colis colidi

Flecte ratem thezeu ventoque relabe verso
Si prius occidero tu tamen ossa feres

Canates scribit fratri suo machareo

Colis colidi quam non habet ipsa salutem
Mittit et armata verba notata manu
Si qua tamen cecis errabunt scripta lituris
Oblitus a domine cede libellus erit
Dextra tenet calamum strictum tenet altera ferrum
Et iacet in gremio carta soluta meo
Hec est colidos fratri scribentis ymago
Sic videor duro posse placere patri
Ipse necis cuperem nostre spectator adesset
Auctorisque oculis exigetur opus
Ut ferus est multoque suis truculentior euris
Spectasset siccis vulnera nostra genis
Scilicet est aliquid cum seuis viuere ventis
Ingenio populi convenit ille sui
Ille notho zephiroque et sithonio aquiloni
Imperat et pennis eure proterue tuis
Imperat heu ventis tumide non imperat ire
Possidet et vicijs regna minora suis

Autoris coli scilicet eum vult [illegible]

Eminat quatuor ventis

scilicet maiores hic Eolie et vicia eius regna

Quid iuuat admota pauorū nomīa celo
Inter cognatos posse referre iouem
Nominq infestum funebria munera ferrum
Feminea teneo nō mea tela manu
O utinā machareu q nos commisit in unū
Venisset leto serior hora meo
Cur unquā plus me fr̄ q̄m fr̄ amasti
Et tibi nō debet quod soror esse fui
Ipsa quoqꝫ incalui qualeqꝫ audire solebā
Nescio quē sensi corde tepente deum
Fugerat ore color macies adduxerat artus
Sumebant minimos ora coacta cibos
Nec somni faciles et nox erat annua nobis
Et gemitū nullo lesa dolore dabam
Nec cur hec facere poteram m̄ reddere causā
Nec norā quid amās esset at illud erā
Prima malū nutrix animo p̄sensit anili
Prima mihi nutrix eoli dixit amas
Erubui gremioqꝫ pudor deiecit ocellos
Hec satis in tacita signa fatentis erant
Iamqꝫ tumescebant viciati pondera ventris

Egraque furtivum membra gravabat onus
Quas mihi non herbas, que non medicamina nutrix
Attulit audaci supposuitque manu
Ut penitus nostris hoc te celavimus unum
Visceribus crescens excuteretur onus
At nimium vivax admotis restitit infans
Artibus et tectus tutus ab hoste fuit
Iam noviens orta erat soror pulcherrima Phebi
Denaque luciferos luna movebat equos
Nescia que faceret subitos mihi causa dolores
Et rudis ad partus et nova miles eram
Nec tenui vocem quid ait tua crimina prodis
Oraque clamantis conscia pressit anus
Quid faciam infelix gemitus dolor edere cogit
Sed pudor et nutrix et timor ipse vetant
Contineo gemitus elapsaque verba reprendo
Et cogor lacrimas combibere ipsa meas
Mors erat ante oculos et opem Lucina negabat
Est grave si moriar mors quoque crimen erat
Cum super incumbens scissa tunicaque comaque
Pressa refovisti pectora nostra tuis
Et mihi soror soror o carissima vive dixti

vnius — scilicet te et filium
Viue nec vni9 corpore perde duos
simulata / tu eris vxor mea legitima
Spes bona det vires fratri nam nupta ficta es
futura
filii
Illius de quo mater et vxor eris
quo ad amorem
Mortua crede michi tn ad tua verba reuixi
depositum et proiectum
Et positum est vtero crimen onusque meo — puer exiuit vterum meum
gratularis gaudes — pater
Quid tibi gratars media sedet Eolus aula — loquitur ad puerum
Crimina sunt oculis subripienda patris
Frondibus infantem ramisque albentis oliue
Et leuibus vitis sedula celat anus
simulata — hymnis et supplicationibus — ficta i. finxit se sacrificare diis qui voluit exportare puerum
Fictaque sacra facit dicitque precancia verba
Dat populus sacris dat pater ipse viam
Iam prope limen erat patrias vagitus ad aures
infans — ipsa voci
Venit et indicio proditur ille suo
ficta — reuelat
Eripit infantem mentitaque reuelat
magna
Eolus insana regia voce sonat
leni — sicut probat
Vt mare fit tremulum tenui cum stringitur aura — ponit comparacionem quo ipsa fuit perita
arbor fraxinea — vento meridionali
Vt quatitur tepido fraxina virga Noto
tremula — mouere
Sic mea vibrari pallencia membra videres
motus
Quassus ab imposito corpore lectus erat — i. lectus meus trepidat in quo iacui
manifestat
Irruit et nostrum vulgat clamore pudorem
Et vix a misero continet ore manus

Margin notes: dicit se fore [illegible] ... facit comparacionem de suo tremore [illegible] ... [illegible]

ego — plena pudore et verecundia / pudorosa — pro nisi

Ipsa nichil preter lacrimas pudibundaque feci

stupuerat — frigido — timore

Torpuerat gelido lingua retenta metu

Postquam Canace de ... dixit

Iamque dari paruum canibusque auibusque nepotem

Iusserat in solis destituique locis

Vagitus dedit ille miser sensisse putares

Quaque suam poterat voce rogabat auum

Quid in te animi credis germane fuisse

potes per te scire

Nam potes ex animo colligere ipse tuo

Cum mea me coram siluas inimicus in altas

Viscera montanis ferret edenda lupis

timidi

Exierat thalamo tunc demum pectora planxi

Contigit inque meas unguibus ire comas

postea — famulus patris mei

Interea patris vultu merente satelles

Venit et indignos edidit ore sonos

Eolus hunc ensem mittit tibi tradidit ensem

Et iubet ex merito scire quid iste velit

Scimus et utemur violento fortiter ense

Pectoribus condam dona paterna meis

Hijs mea muneribus genitor connubia donas

Hac tua dote pater filia diues erit

fatales — deus nupciarum

Tolle procul decepte faces ymenee maritas

dirigit sermonem ad ymeneum ma... redirendo cum

Et fuge turbato tecta nephanda pede
Ferte faces in me quas fertis Eumenides atre
Ut meus ex isto luceat igne rogus
Nubite felices parca meliore sorores
Admissi memores sed tamen este mei
Quid puer admisit tam paucis editus horis
Quo lesit facto vix bene natus avum
Si potuit meruisse necem meruisse putetur
Ach miser admisso plectitur ille meo
Nate dolor matris rabidarum preda ferarum
Hei mihi natali dilacerate tuo
Nate parum fausti miserabile pignus amoris
Hec tibi prima dies hec tibi summa fuit
Nec mihi te licuit lacrimis perfundere iustis
In tua non tonsas ferre sepulcra comas
Non super incubui non oscula frigida carpsi
Diripiunt avide viscera nostra fere
Ipsa quoque infantis cum vulnere prosequar umbras
Nec mater fuero dicta nec orba diu
Tu tamen o frustra misere sperate sorori
Sparsa precor nati collige membra tui
Et refer ad matrem socioque impone sepulcro

pene infernales · fortuna · commissi · estote · punitur · fili · die quo natus es · felicis et fortunati · puero · ultima · puerum · debitis · a · a · longas · multa · filio privata · Machareo

minus dicit et magis dat intelligere

non debeo te flere sicut alii mortuum flent

sic mortificando me

Ut tibi colchorum. Cum Jazon profectus fuit ad consequendum aureum vellus venit ad regem Oetem in insulam Colchos. In cuius regis domo et prato aureum vellus extitit. Iste rex Oetes habuit unicam filiam pulcherrimam nomine Medeam. Cum ~~[illegible]~~ Yazon in curia regis pausaret Medea exarsit in amore Jazonis et econverso Jazon in amore Medee. In illa mutua dilectione Medea informavit Yazonem qualiter aureum vellus obtinere deberet quod finaliter per informationem eius obtinuit. Tandem Yazon obtento aureo vellere cum ad regem Oetem non revenisset allocutus est Medeam ut secum in eius patriam ut Yazonis uxor iret promittens ad mortem diligere et pro uxore habere. Cum itaque Jazon cum Medea in patriam venisset post breve tempus deseruit Medeam et aliam sibi in uxorem recepit. Videns Medea se taliter desertam et deceptam a Jazone scribit ei hanc epistolam rememorando sibi beneficia sua et informaciones quibus aureum vellus obtinuit et iuramenta quibus promittebat eam firmiter diligere usque ad mortem. Intencio eius est reprehendere Yazonem de fallacia et Medeam de facili amore quia cito adhesit ignoto et hospiti. Dicit ergo ut tibi. De hac materia plenius habetur in hystoria troiana.

(tumba)
Pena que nos habeat quelibet arta duos
Vive memor nostri lacrimasque in vulnera funde
(memor horreas)
Neve reformida corpus amantis amans
(machareo — alienate)
Te rogo pro te nimium mandata sororis
(exsequendo)
Perfer mandatis perficias ipsa patris

Medea scribit Jazoni

(sicut Jazoni sit dictum)
At tibi colchorum memini regina vacavi
Ars mea cum peteres ut tibi ferret opem
(dispensant)
Tunc que dispensant mortalia fata sorores
(evacuasse)
Debuerant fusos evoluisse meos
(bene)
Tunc potui medea mori bene quicquid ab illo
Produxi vitam tempore pena fuit
Ei mihi cur unquam iuvenilibus acta lacertis
Phrixeam petiit pelias arbor ovem
Cur unquam colchi magnetida vidimus argon
Turbaque phasiacam graia bibistis aquam
Cur mihi plus equo flavi placuere capilli
Et decor et lingue gratia ficta tue
(puppis)
Aut semel in nostras quoniam nova puppis arenas
Venerat audaces attuleratque viros
(s. utique — s. Yazon)
Isset anhelatos non premeditatus in ignes

Marginal glosses:
cum in Thessaliam redisset ... in curia famosa ... Colchos ... regi ... in principio in gratiam ... postulationem ... ad acquirendum aureum vellus
(mortalia) tres sunt sorores que dispensant vitam hominis s. cloto lachesis et antropos
post obtentum aureum vellus Yazon dimisit Medeam et filiam regis Creontis duxit in uxorem
Magnetis sunt populi in Thessalia
Phasis est fluvius in Colchos insula
(s. placuit in Medee) voluisset inquid parentis ... Jason ... fluvius
De hac materia plenius ... in hystoria troiana ...

Immemor esonides oraque adunca bovis
Semina iecisset totidem quot sevisset hostes
Ut caderet cultu cultor ab ipse suo
Quantum perfidie tecum scelerate perisset
Dempta forent capiti quam mala multa meo
Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas
Hac fruar hec de te gaudia sola feram
Iussus inexpertam colchos advertere puppim
Intrasti patrie regna beata mee
Hoc illic medea fui nova nupta quod hic est
Quam pater est illi tam mihi dives erat
Hic ephiren bimarem sithia tenus ille nivosa
Omne tenet ponti qua plaga leva iacet
Accipit hospicio iuvenes pater oeta pelasgos
Et premitis pictos corpora graia thoros
Tunc ego te vidi tunc cepi scire quis esses
Illa fuit mentis prima ruina mee
Et vidi et perii nec notis ignibus arsi
Ardet ut ad magnos pinea teda deos
Et formosus eras et me mea fata trahebant
Abstulerant oculi lumina nostra tui

Iazon

Perfide sensisti quid tum bene celat amorem
Eminet indicio prodita flamma suo
Dixerat interea tibi rex ut dura ferorum
Insolito premeres vomere colla boum
Martis erant tauri plusquam per cornua saevi
Quorum terribilis spiritus igne fuit
Aere pedes solidi pretentaque naribus aera
Nigra per afflatus hec quoque facta suos
Semina preterea populos genitura iuberis
Spargere devota lata per arva manu
Qui peterent natis secum tua corpora telis
Illa est agricole messis iniqua suo
Lumina custodis succumbere nescia somno
Ultimus est aliqua decipere arte labor
Dixerat Aetes maesti consurgitis omnes
Mensaque purpureos deserit alta thoros
Quam tibi tunc longe regnum dotale Creuse
Et socer et magni nata Creontis erat
Tristis abis oculis abeuntem prosequor udis
Et dixit tenui murmure lingua vale
Ut positum tetigi thalamo male saucia lectum

Apud colchos insula erant duo boves marti consecrati qui ignem naribus et ore afflabat qui iungendi erant ex precepto regis antequam aureum vellus haberi permitteret quod audiens et informatione medee Iazon fecit

Acta est per lacrimas nox m quanta fuit
Ante oculos taurique meos segetesque nefande
Ante meos oculos pervigil anguis erat
Hinc amor hinc timor est ipsum timor auget amorem
Mane erat et thalamo cara recepta soror
Disiectamque comas adversaque in ora iacentem
Invenit et lacrimis ora plena meis
Orat opem minyis petit altera et altera habebat
Esonio iuveni quod rogat illa damus
Est nemus et piceis et frondibus ilicis atrum
Vix illuc radiis solis adire licet
Sunt in eo fuerant certe delubra diane
Aurea barbarica stat dea facta manu
Nescis an exciderant animo loca venimus illuc
Orsus es infido sic prior ore loqui
Ius tibi et arbitrium nostre fortuna salutis
Tradidit inque tua est vitaque morsque manu
Perdere posse sat est si quem iuvat ipsa potestas
Sed tibi servatus gloria maior ero
Per mala nostra precor quorum potes esse levamen
Per genus et ~~avum~~ cuncta videntis avi
numen

hic describit locum ubi yason primo rogavit medeam ut faceret sibi auxilium

Ab ordior ordiris

hic medea replicat verba supplicatoria yasonis

Per triplicis vultus archanaque sacra Dyane
Et si forte aliquos gens habet ista deos
O virgo miserere mei miserere meorum
Effice me meritis tempus in omne tuam
Quod si forte virum non dedignare pelasgum
Sed michi tam faciles unde putabo deos
Spiritus ante meus tenues vanescat in auras
Quam thalamo nisi tu nupta sit ulla meo
Conscia sit Iuno sacris prefecta maritis
Et dea marmorea cuius in ede sumus
Hec animum et quota pars hec sunt movere puelle
Simplicis et dextre dextera iuncta mee
Vidi etiam lacrimas an pars est fraudis in illis
Sic cito sum verbis capta puella tuis
Iungis et eripedes inadusto corpore tauros
Et solidam iusso vomere findis humum
Arva venenatis pro semine dentibus imples
Nascitur et gladios scutaque miles habens
Ipsa ego que dederam medicamina pallida sedi
Cum vidi subitos arma tenere viros
Donec terrigene facinus mirabile fratres
Inter se strictas conseruere manus

Dyana dicitur habere tres vultus propter triplicem potestatem quia primo dicitur Dyana in silvis et est dea venacionis secundo proserpina dicitur quia est apud inferos et tercio luna in celo lucet sed non conspicitur

Insopor ecce vigil squamis crepitantibus horrens
Sibilat et torto pectore verrit humum
Dotis opes ubi erant ubi erat tibi regia coniux
Quique maris gemini distinat ysthmos aquas
Illa ego que tibi sum nunc denique barbara facta
Nunc tibi sum pauper nunc tibi visa nocens
Flammea medi subduxi medicato lumina sompno
Et tibi que raperes vellera tuta dedi
Proditus est genitor regnum patriamque reliqui
Munus in exilio quodlibet esse tuli
Virginitas facta est peregrini preda latronis
Optima cum cara matre relicta soror
At non te fugiens sine me germane reliqui
Deficit hoc uno littera nostra loco
Quod facere ausa mea est non audet scribere dextra
Sic ego sed tecum dilaceranda fui
Nec tamen extimui quid enim post illa timere
Credere me pelago femina iamque nocens
Numen ubi est ubi dii meritas subeamus in alto
Tu fraudis penas credulitatis ego
Compressos utinam Simplegades ~~disissent~~ elisissent
essent

Nec adhererent ossibus ossa tuis

Scilla . scille . est locus periculosus in mari

Aut nos scilla rapax canibus misisset edendos

Debuit ingratis scilla nocere viris

Queque vomit totidem fluctus totidemque resorbet

Nos quoque trinacrie supposuisset aque

Sospes ad hemonias victorque reverteris urbes

Ponitur ad patrios aurea lana deos

Quid referam pelie natas pietate nocentes

Cesaque virginea membra paterna manu

Ut culpent alii tibi me laudare necesse est

Pro quo sum totiens esse coacta nocens

Ausus es o iusto desunt sua verba dolori

Ausus es esonia dicere cede domo

Iussa domo cessi natis comitata duobus

Et qui me sequitur semper amore tui

Ut subito nostras hymen cantatus ad aures

Venit et accenso lampades igne micant

Hymen est deus nuptiarum qui apud antiquos in nuptiis per cantus vocabatur

Tibia que effundit socialia carmina nobis

At mihi funesta flebiliora tuba

Pertimui nec adhuc tantum scelus esse putabam

Sed tamen in toto pectore frigus erat

Turba ruunt et hymen ~~clamant~~ clamat hymenea frequentant

i. magis s. cantantium
Quo prior vox est hoc in peius erat
in diversis locis domus s. sunt [illegible]
Diversi flebant servi lacrimasque tegebant
Quis vellet tanti nuncius esse mali
i. scivi me tristem nescire quid agitur
Me quoque quicquid erat potius nescire iuvabat
tamen scivi totum factum
Sed tamquam scirem mens mea tristis erat
s. tuus et meus
Cum minor e pueris iussus studioque videndi
Constitit ad gemine limina prima foris
i. de isto loco verede [illegible]
Hinc mater abi pompam pater inquit yason
in impressis
Ducit et adiunctos aureus urget equos
statim rupta fuit
Protinus abscissa planxi mea pectora veste
s. dilaniavi digitis
i. percussi me ad os audito tanto malo
Tuta nec a digitis ora fuere meis
Ire animus medie suadebat in agmina turbe
s. ponere
Sertaque compositis demere rapta comis
Vix me continui quin sic laniata capillos
s. yazon
Clamarem meus est iniceremque manus
dicens
i. nunc [illegible]
hic medea exclamat quia patrem et regnum amisit fidem yazoni adhibendo
Lese pater gaude colchi gaudete relicti
Inferias umbre fratris habete mei
s. a yazone coniuge meo
Deseror amissis regno patriaque domoque
Coniuge qui nobis omnia solus erat
s. domare arte mea
Serpentes igitur potui thaurosque furentes
mitigasse yazone
Unum non potui perdomuisse virum
credidi [illegible]
Queque feros repuli doctis medicatibus ignes
medicatibus

ardores
Non valeo flamas effuge ipa meas
incantaciones p[ro]ponunt
Ipsi me cantus herbeque artesque relinquunt
veneni diane
Nil dea nil ecates sacra potentis agunt
no[n] amplius est adiutrix
Non michi grata dies, noctes vigilant amare
i. no[n] possu[m] dormire p[er]
Nec tenera misero pectore sompnus habet
nimia tristicia
s[cilicet] ip[s]a
Que me no[n] possum, potui sopire draconem
Utilior aliis cuivis quam michi cura mea est
artis medice s[cilicet] a puellis
i. gerbia
Quos ego servavi pelex amplectitur artus
s[cilicet] laboris s[cilicet] co[n]iugis
Et mei fructus illa laboris habet
s[cilicet] meus iazon
fatue
Forsitan et stulte dum te iactare marite
Queris et iniustis auribus apta loqui
i. iam potes dicere fictas esse
In faciem moresque meos nova crimina finges
s[cilicet] non vera s[cilicet] tua nova quam
q[uod] no[n] sim tibi pulcra vultu
aut in moribus ve[n]eno s[cilicet] dicas
Rideat et viciis leta sit illa meis
s[cilicet] flamme
haec tua nova sponsa
in purpura
Rideat et tyrio iaceat sublimis in ostro
Nam in pectore conflagrat in
s[cilicet] postmodum
damno
Flebit et ardores vincat adusta meos
eo volo vindicari
Dum ferrum flameque aderunt sucusque veneni
h[ic] medea varias minas mentit
iazoni et sue gerbine
inultus sine vindicta
Hostis medee nullus inultus exit
et no[n] est sibi imputandum
Quod si forte preces precordia ferrea tangunt
precibus p[er] auri
qua manus medicatur que litteras
mandari possunt
Nec animis audis verba minora meis
humilis s[cilicet] quam tibi p[ro]stitisti auxilium ad acquirendum
Nunc tibi sum supplex, quod tu m[ichi] sepe fuisti
similis
aureum vellus
existisse
Nec moror ante tuos procubuisse pedes
no[n] pudeat
filios
Si tibi sum vilis, co[mm]unes respice natos

irascetur · filios · scilicet tua nova nupta
Seviet in partus dira noverca meos
appetitu ipsius
Et nimium similes tibi sunt et imagine tangor
scilicet filios · oculi mei · flent
Et quotiens video lumina nostra madent
deos · i. per sydera
Per superos oro per avite lumina flamme — Hic medea petit et discernit iazone ut eam reassumat
scilicet meum · meos
Per meritum et natos pignora nostra duos
lectum et · quibus tenebra · fatua
Redde thorum pro quo tot res insana reliqui
Non ego te imploro contra taurosque virosque
Ut que tua serpens victa quiescat ope
iazone · que eos servavi · scilicet · scilicet deos
Te peto quem merui quem nobis ipse dedisti
Cum quo sum pariter facta parente parens
mea · scilicet tu interrogas
Hic medea videtur tractare questionem — Dos ubi sit queris campo numeravimus illo — i. recordare illius campi quem prius arare debueras ante obtentionem aurei velleris et quid tibi accidisset si tibi auxilia et informationes non dedissem
scilicet campo · portaturo scilicet aureum
Qui tibi laturo vellus arandus erat
filius
Aureus ille aries villo spectabilis aureo
aureum vellus · scilicet ille · sed ego · splendidi
Dos mea quam dicam si tibi redde neges
dicam · iazon · dicimus · i. sanus
Sisiphias est regis creuso — I nunc Sisyphias improbe confer opes — Dos mea tu sospes dos est mea Graia iuventus
scilicet tu · greca
Quod vivis quod habes nuptam socerumque potentem
scilicet · in
Hoc ipsum ingratus quod potes esse meum est
i. cito
Quos scilicet te socerum et nuptam interficiam — Quos equidem actutum sed quid predicere penam
magnas
Attinet ingentes parturit ira minas
feret · penitebit
Quo feret ira sequar facti fortasse pigebit
Et piget infido consuluisse viro

hic medea committit iniuriam vlcioni diis

Viderat ista deus qui nunc mea pectora versat
Nescio quid certe mens mea maius aget

Laodomia scribit viro suo Prothesilao

Pro intellectu istius epistole nota quod Prothesilaus fuit unus ex potentibus grecorum qui etiam cum ceteris ad bellum troianum profecti sunt qui propter venti contrarietatem moram fecit in insula Aulide, laodomia vero uxor sua papie in fatis quod quicumque grecorum primo tangeret terram troianam ille interficeretur, laodomia nos volens virum suum premunire ut non esset primus et tamen fuit primus et interfectus. Mittit ergo ei hanc epistolam, mittit et optat etc.

Mittit et optat amans quo mittitur ire salutem
Hemonis hemonio laodomia viro
Aulide te fama est vento retinente morari
Ach me cum fugeres hic ubi ventus erat
Tu freta debuerat vestris obsistere remis
Illud erat sevis utile tempus aquis
Oscula viro plura mandataque plura dedissem
Et sunt que volui dicere plura tibi
Raptus es hinc preceps et qui tua vela vocaret
Quem cuperent naute non ego ventus erat
Ventus erat nautis aptus non aptus amanti
Solvor ab amplexu prothesilae tuo
Linguaque mandantis verba imperfecta reliquit
Vix illud potui dicere triste vale
Incubuit boreas abreptaque vela tetendit
Iamque meus longe prothesilaus erat
Dum potui spectare virum spectare iuvabat
Sumque tuos oculos usque secuta meis
Ut te non poteram poteram tua vela videre
Vela diu vultus detinuere meos

At postquam nec te nec vela fugacia vidi
Et quod spectarem nil nisi pontus erat
Lux quoque tecum abiit tenebris exanguis obortis
Succiduo dicor procubuisse genu
Vix socer yphiclus vix me grandevus achastus
Vix mater gelida mesta refecit aqua
Officium fecere pium sed inutile nobis
Indignor misere non licuisse mori
Ut rediit animus pariter rediere dolores
Pectora legittimus casta momordit amor
Nec mihi pectendos cura est capillos prebere
Nec libet aurata corpora veste tegi
Ut quas pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur huc illuc qua furor egit eo
Conveniunt matres philaceides et mihi clamant
Indue regales laodomia sinus
Scilicet ipsa geram saturatas murice vestes
Bella sub iliacis menibus ille geret
Ipsa comas pectar galea caput ille premat ~~dura vir arma feret~~
Qua possum squalore tuos imitata labores
Dicar et hec belli tempora tristis agam
Dux pari priamide dampno formose tuorum
Ipsa novas vestes dura vir arma feret

quia homo qui cadit in extasim sanguis ab oris illi apparent umbre

i nec mi placet comere crines

nec mi placet induere vestes regales

ponit comparacionem ego laodomia propter tristiciam insanivi sicut sacerdotisse celebrantes festa bachi portant in hastis frondes pampineas et ambulant ut fatue et bachus dicitur bicorniger quia homines inebriati sunt ut cornuti et de facili monentur ad iram

Iliacis ab ylion troie magna in troya

Tam sit hostis iners quam malus hospes erat
Aut te tindaride faciem culpasse marite
Aut illi vellem displicuisse tua

Tu qui pro rapta nimium menelae laboras
Ei mihi quam multis flebilis ultor eris
Di precor a nobis omen removete sinistrum
Et sua det reduci vir meus arma iovi
Sed timeo quotiens subit miserabile bellum
More nivis lacrime sole calentis eunt

Ilion et tenedos simoisque et xantus et ide
Nomina sunt ipso pene timenda sono
Nec rapere ausurus nisi se defendere posset
Hospes erat vires noverat ille suas
Venerat ut fama est multo spectabilis auro
Quique suo phrigias corpore ferret opes
Classe virisque potens per que fera bella geruntur
Et sequitur regni pars quota queque sui
His ego te victam consors ledea gemellis
Suspicor hec danais posse nocere puto
Hectora nescio quem timeo paris hectora dixit
Ferrea sanguinea bella movere manu

Incipit narrare quo rapuit paris helena et venerat in specie mercatoris fendo nobilia mercimonia

Tangit morem antiquorum quibus venit de bello presentaverunt arma sua marti

hic laodomia admonet / premonet virum suum ut hectorem in bello caveret

Hectora quisquis is est si sum tibi cara caueto
Signatum memori pectore nomen habe
Hunc ubi vitaris alios vitare memento
Et multos illic hectoras esse puta
Et facito ut dicas quotiens pugnare parabis
Parcere me iussit laodomia sibi
Si fas est cadere argolico sub milite troiam
Te quoque non ullum vulnus habente cadat
Pugnet et adversos tendat menelaus in hostes
Hostibus e mediis nupta petenda viro est
Causa tua est dispar tu tantum viue pugna
Inque pios domine posse redire sinus

a. tamen solus menelaus fortiter pugnet quia sua res agitur

parate
hic laodomia exortatur petit troyanos ut suo viro parcerent in periculis belli

Parcite dardanide de tot precor hostibus uni
Ne meus ex illo corpore sanguis eat
Non est quem deceat nudo concurrere ferro
Seuaque in oppositas pectora ferre viros
Fortius ille potest multo quam pugnat amare
Bella gerant alii prothesilaus amet
Nunc fateor volui revocare animusque ferebat
Substitit auspicii lingua timore mali
Cum foribus velles ad troiam exire paternis

hic laodomia dicit quod libenter eum voluit revocare a cursu belli quia sinistrum omen percepit de viro suo in eo quod ipse prothesilaus exeundo fores offendit suo pedem in limine hostii cum ad troyam vadere volebat. hec omina apud antiquos tenebantur sed apud nos catholicos prohibentur teneri sub pena peccati quia scriptum est non habebis deos alienos

Pes tuus offenso limine signa dedit
Ut vidi ingemui tacitoque in pectore dixi
Signa reversuri sint precor ista viri
Hec tibi nunc refero ne sis animosus in armis
Fac meos in ventos hic timor omnis eat
Sors quoque nescio que fato designat iniquo
Qui primus Danaum troada tangat humum
Infelix que prima virum lugebit ademptum
Dii faciant ne tu strenuus esse velis
Inter mille rates tua sit millesima puppis
Iamque fatigatas ultima verset aquas
Hoc quoque premoneo de nave novissimus exi
Non est quo properas terra paterna tibi
Cum venies remoque move veloque carinam
Inque tuo celerem littore siste gradum
Sive latet phebus seu terris altior extat
Tu mihi luce dolor tu mihi nocte venis
Nocte tamen quam luce magis nox grata puellis
Quarum suppositus colla lacertus habet
Aucupor in lecto mendaces celibe sompnos
Dum careo veris gaudia falsa iuvant

totum premonet ut non sit primus ad tangendum terram troyanorum

i. semper de te cogito et in die et in nocte sed plus nocte quia nox est grata puellis de propria virorum suorum et amplexu nocturnali [illegible]

i. habeo sompnia de te sola dormiendo ac si mecum dormires &c

Sed tua cur nobis pallens occurrit ymago
Cur venit a verbis multa querela tuis
Excutior sompno simulacraque noctis adoro
Nulla caret fumo thessalis ara meo
Thura damus lacrimasque super que sparsa relucet
Et solet affuso surgere flamma mero
Quando ego te reducem cupidis amplexa lacertis
Languida leticia soluar ab ipsa mea
Quando erit ut lecto mecum bene iunctus in uno
Milicie referas splendida facta tue
Que mihi dum referes quamuis audisse iuuabit
Multa tamen rapies oscula multa dabis
Semper in hiis apte narrantibus verba resistunt
Promptior est dulci lingua referre mora
Sed cum troya subit subeunt ventique fretumque
Spes bona sollicito victa timore cadit
Hoc quoque quod venti prohibent exire carinas
Me monet inuitis ire paratis aquis
Quis velit in patriam vento prohibente reuerti
A patria pelago vela vetante datis

Ipse suam laomedon condidit
muros troyanos et defecit
in opere. tunc rogavit neptunum
et phebum ut iuvarent eum
ipse vellet eis dare magnam
auri summam. ipsi vero iuverunt eum
perfectis muris petierunt
aurum sed non dedit eis
et ita decepti sunt

Ipse suam nec prebet iter neptunus ad urbem
Qua ruitis istas quisque revertite domos
Quo ruitis danai ventos audite vetantes
Non subiti casus numinis ista mora est
Quid petitur tanto nisi turpis adultera bello
Dum licet achivi vertite vela rates
Sed quid ego revoco sit ita lis omnis abesto
Blandaque compositas aura secundat aquas
Troiadas invideo que sic lacrimosa suorum
Funera conspicient nec procul hostis erit
Ipsa suis manibus forti nova nupta marito
Imponet galeam barbaraque arma dabit
Arma dabit dumque arma dabit simul oscula sumet
Hoc genus officii dulce duobus erit
Producetque virum dabit et mandata reverti
Et dicet referas arma fac ista iovi
Ille ferens domine mandata recentia secum
Pugnabit caute respicietque domum
Exuet et reduci clipeum galeamque resolvet
Excipiet que suo corpora lassa sinu
Nos sumus incerte nos anxius omnia cogit
Que possunt fieri facta putare timor

Dum tamen arma geris diverso miles in orbe
Que referat vultus est in cera tuos
Illi blandicias illi tibi tradita verba
Dicimus amplexus accipit illa tuos
Crede mihi plus est quam quod videatur ymago
Adde sonum cere Prothesilaus erit
Hanc specto teneoque sinu pro coniuge vero
Et tamquam possit verba referre queror
Per reditus corpusque tuum mea numina vero iuro
Perque pares animi coniugiique faces
Perque quod ut videam canis albere capillis
Quod tecum possis ipse referre caput
Me tibi venturam comitem quocumque vocaris
Sive quod heu timeo sive superstes eris
Ultima mandato claudetur epistola parvo
Sit tibi cura mei sit michi cura tui

Hypermestra scribit fratri suo lino

Mittit Hypermestra de tot modo fratribus uni
Cetera nuptarum crimine turba iacet
Clausa domo teneor gravibusque coercita vinclis
Est in supplicii causa fuisse piam
Quia manus extimuit iugulo dimittere ferrum

Nondum permittetur [illegible] epistole. Danaus et Egistus fuerant fratres. Danaus vero habuit quinquaginta filias. Egistus tot filios. Danaus vero timens quod filii fratris sui detraherent filiabus suis vel [illegible] post mortem suam. Ideo copulavit filias suas filiis fratris sui et precepit eis quod quelibet occideret maritum suum. Quelibet vero occidit maritum suum preter hypermestram que pepercit lino marito suo et fratri patrueli, et ideo pater incarceravit eam. Ipsa vero iacens in carcere scribit lino hanc epistolam ut libere eam [illegible] veniat et sepeliat ossa eius fideliter. Dicit ergo Mittit hypermestra

ex pietate

Sim rea laudarer si scelus ausa forem

Esse ream prestat quam sic placuisse parenti — i. parum volo esse rea ex pietate quam ex interfectione mariti et fratris placere patri meo

Non piget immunes cedis habere manus

Me pater igne licet que non violavimus urat

Queque aderant sacris tendat in ora faces — non penitet me ex pietate quam feci

Aut illo iugulet que non bene tradidit ense

Ut qua non cecidit vir nece nupta cadam

Non tamen ut dicat morientia penitet ora — i. et in fine mortis quamcumque michi inferret

Efficiet non est qua piget esse piam

Peniteat sceleris danaum sevasque sorores — i. pater meus danaus et sorores mee debent penitere sed ego non

Hic solet eventus facta nephanda sequi

Cor pavet admonitu temerate sanguine noctis

Et subitus dextre pedit ossa tremor

Qua tu cede putes fungi potuisse mariti

Scribere de facta non sibi cede timet

Sed tamen experiar nunc facta crepuscula terris

Ultima pars lucis primaque noctis erat

Ducimur inachides magni sub tecta pelasgi — i. nos inachides ducimur machides sub tecta patrui mei Egisti qui fuit pelasgus i. grecus

Et socer armatas accipit ille nurus

Undique collucent precincte lampades auro

Dantur et invitos impia thura focos — i. hymen deus nuptiarum noluit esse ibi

Vulgus hymen hymenea vocant fugit ille vocantes — crudeles nuptias

Ipsa iouis coniux cessit ab urbe sua
Ecce mero dubij comitum clamore frequentes
Flore nouo madidas impediente comas
In thalamos leti · thalamos sua busta ferunt
Strataque corporibus funere digna premunt
Iamque cibo vinoque graues sompnoque iacebant
Securumque quies alta per argos erat
Circum me gemitus morientum audire videbar
Et tamen audiui quodque verebar erat
Sanguis abit · mentemque calor corpusque relinquit
Inque nouo iacui frigida facta thoro
Ut leni zephiro graciles vibrant ariste
Frigida populeas ut quatit aura comas
Aut sic aut etiam tremui magis · ipse iacebas
Queque tibi dederam vina soporis erant
Excussere metum violentia iussa parentis
Erigor et capio tela tremente manu
Non ego falsa loquor ter acutum sustulit ensem
Ter male sublato decidit ense manus
At rursus monitis iussuque coacta parentis
Admoui iugulo tela paterna tuo
Sed timor et pietas crudelibus obstitit ausis

i. dormiuerunt quia biberunt vinum vel opium quod facit dormire per dietam naturalem
i. ego audiui quod sorores mee maritos suos interfecerunt
ponit comparationem

Castaque mandatum dextra refugit opus
Purpureos laniata sinus laniata capillos
Exiguo dixi talia verba sono
Saevus hypermestra pater est tibi iussa parentis
Effice germanus sit comes iste suis
Femina sum et virgo natura mitis et annis
Non faciunt molles ad fera tela manus
Quin age dumque iacet fortes imitare sorores
Credibile est caesos omnibus esse viros
Si manus haec aliquam posset committere caedem
Morte foret dominae sanguinolenta suae
Quid mihi cum ferro quo bellica tela puellae
Aptior est digitis lana colusque meis
Haec ego dumque queror lacrimae mea verba sequuntur
Deque meis oculis in tua membra cadunt
Dum petis amplexus sopitaque brachia iactas
Paene manus telo saucia facta tua est
Iamque patrem famulosque patris lucemque timebam
Expulerant somnos haec mea dicta tuos
Surge age belide de tot modo fratribus unus
Nox tibi ni properas ista perennis erit
Territus exurgis fugit omnis inertia somni
Aspicis in timida fortia tela manu

i. dum voluisti me amplexari ex sompno pater quod non esses offensus per gladium

ad sequentem legitur

Querenti causam. Dum nox sinit effuge dixi
Dum nox atra sinit . tu fugis ipsa moror
Mane erat . et Danaus generos ex cede iacentes
Dinumerat . summe criminis unus abes
Fert male cognate iacturam mortis in uno
Et queritur facti sanguinis esse parum
Abstrahor a patriis manibus rapta que capillis
Hec meruit pietas premia carcer habet
Scilicet ex illo Iunonia permanet ira
Quo bos ex homine est et ex boue facta dea
At satis est pene teneram mugisse puellam
Nec modo formosam posse placere Ioui
Astitit in ripa liquidi noua vacca parentis
Cornua que in patriis non sua vidit aquis
Conata est queri mugitus edidit ore
Territa est forma territa voce sua
Quid furis infelix . quid te miraris in unda
Quid numeras factos ad noua membra pedes
Ipsa Iouis magni pelex metuenda sorori
Fronde leuas nimiam cespitibusque famem
Fonte bibis spectasque tuam stupefacta figuram
Et te ne feriant que geris arma times

Io fabulam Io fuit filia Inachi quam Iupiter cognouit interea venit Iuno Iupiter vero volens occultare gestum mutauit eam in vaccam hoc percipiens Iuno petiuit ut daret ei vaccam et ita factum fuit ipse vero posuit ei custodem sub cauda et ventilauit eam per totum mundum Isti vero scilicet Ypermestra fuit de genere Io et exilio fuit mi[nistra?] eius ideo Ypermestra etc putat sibi isti mala inde prouenisse

parentis
Inachus fuit pater eius et deus fluuij in quo visitauit formam eius

Queque modo ut posses eras Iove digna videri
Nunc eras nuda nuda recumbis humo
Per mare per terras cognataque flumina curris
Dat mare dant amnes dat tibi terra viam
Que tibi causa fuge quid tu freta longa pererras
Non poteris vultus effuge ipsa tuos
Inachi quo properas eadem sequerisque fugisque
Tu tibi dux comiti tu comes ipsa duci
Per septem Nilus portus emissus in equor
Exuit insane pelicis ora bovis
Ultima quid referam quorum tibi cana senecta
Auctor dant anni quod querar ecce mei
Bella pater patruusque gerunt regnoque domoque
Pellimur eiectas ultimus orbis habet
De fratrum populo pars exiguissima restat
Quique dati leto queque dedere fleo
Nam mihi quot fratres totidem periere sorores
Recipiat lacrimas utraque turba meas
Hanc meruere necem patruelia regna tenendo
Que tamen externis danda fuerent generis
Finge viros meruisse mori quid fecimus ipse
Quo mihi commisso nec licet esse piam

Ille ferox solus solio sceptroque potitur
Cum sene nos inopi turba vagamur inops

In ista aqua yo resumpsit figuram feminam et iste flumen nilus per septem rivos intrat mare

Incipit ypermestra narrare bellum patris et patrui quia eius pater et patruus veniunt [?]

Defleo tam fratres occisos quam sorores que eos occiderunt

tenetur in carcere ad sustinendum penam

En ego que vivis pene crucianda reservor
Quid fiet sonti dum rea laudis agar
Et consanguinee quondam centesima turbe
Infelix vno fratre manente cadam
At tu si qua pie line est tibi cura sororis
Queque tibi tribui munera dignus habes
Vel fer opem vel dede neci defunctaque vita
Corpora furtivis insuper adde rogis
Et sepeli lacrimis perfusa fidelibus ossa
Sculptaque sint titulo nostra sepulcra brevi
Exul hipmestra pretium pietatis iniquum
Quam mortem fratri depulit illa tulit
Scribere plura libet sed pondere lassa cathene
Est manus et vires subtrahit ipse timor

hic rogat lynceum ut aut liberat eam aut sepeliat

hic monet fratrem suum linum ut veniat et liberet eam de carcere si potest quod si non potest saltem defunctam sepeliat et fideliter defleat

hic petit ut eam in sepulcro suo faciat sculpere epitaphium per hos duos versus Exul ypmestra etc.

Epitaphium

Paris scribit Helene

Hanc tibi priamides mitto ledea salutem
Que tribui sola te michi dante potest
Eloquar an flamme non opus indice note
Et plus quam vellem iam meus extat amor
Ille quidem lateat malim dum tempora dentur
Leticie mixtos non habitura metus

Iupiter in specie cigni concubuit cum leda et genuit ex ea duo ova ex vno nati fuerunt castor et pollux et ex alio helena et clitemnestra.
Historia vero est quod paris iudicavit de illis tribus [illegible] que esset pulcerrima. Ipse vero dixit venerem esse pulcerrimam et ideo venus promisit sibi uxorem que esset pulcerrima in tota grecia. Paris vero cum venisset in greciam et hospitatus ab agamenone non fuit ausus exprimere helene amorem suum manifeste et ideo ipse existens secum in domo mittit ei hanc epistolam

Sed male dissimulo quis enim celaverit ignem
Lumine qui semper proditur ipse suo
Si tamen expectas vocem quoque rebus ut addam
Uror habes animi nuntia verba mei
Parce precor fasso nec vultu cetera duro
Perlege sed forme convenienter tue
Iam dudum gratum est quod epistola nostra recepta est
Spem facit hec recipi me quoque posse modo
Que rata sit nec te frustra promiserit opto
Hoc mihi que suasit mater amoris iter
Namque ego divino monitu ne nescia pecces
Auctor et cepto non leve numen adest
Premia magna quidem sed non indebita posco
Pollicita est thalamo te Cytherea meo
Hac duce Sigeo dubias a littore feci
Longa Phereclea per freta puppe vias
Illa dedit faciles auras ventosque secundos
In mare nimirum ius habet orta mari
Perstet et ut pelagi sic pectoris adiuvet estum
Deferat in portus et mea vota suos
Attulimus flamas non hic invenimus illas
Hee mihi tam longe causa fuere vie

Tam dudum q. dicat quod recepisti litteras meas dat mihi bonam spem quod et me postea recipies

Na neq tristis hyemps neq nos huc appulit error
(gloss: naui · i. mea classem) — *margin: i. non veni hic per errorem viarum sed studiose*

Tenarus est classi terra petita mee
(gloss: i. portui · naue · naui) — *margin: non porto merces [illegible]*

Left margin: Trenerus est vallis infernalis et illa est sita in grecia et inde nominatur terra illa trenerus

Nec me crede fretum merces portante carina
(gloss: findere · deferunt · divinas)

Findere, quas habeo dii tueantur opes
(gloss: grecias · nisi) — *margin: i. non huc veni huc ut merces vendere aut emerem quia ego ex dono deorum sum magnus dominus et filius magni regis priami*

Nec venio graias veluti spectator ad urbes
(gloss: grecas)

Oppida sunt regni diviciora mei
(gloss: helenam postulo · fuerint) — *margin: Nec venio · nec eciam huc veni ideo ut viderem regnum et civitates grecorum quia oppida in regno meo sunt diviciora quam civitates in grecia*

Te peto quam pepigit lecto venus aurea nostro
(gloss: helena)

Left margin: Aurea · quia venus acquirit per aurum et pulcras mulieres per dona aurea vt anulos armillas etc. et hoc magni domini sed pauperes calceos emunt

Te prius optavi quam mihi nota fores
(gloss: s. in meo · in animo · oculis corporalibus)

Ante tuos animo vidi quam lumine vultus

Prima fuit vultus nuncia fama tui
(gloss: pulcritudinis) — *margin: i. ex fama vulgi audivi de tua pulcritudine*

Credis et hoc nobis minor est tua gloria vero
(gloss: s. quam audivi · s. tua) — *margin: i. magis pulcra es quam ex fama audivi*

Fama que de forma pene maligna fuit
(gloss: s. pulcritudine · s. fama)

Plus hic invenio quam quod promiserat illa
(gloss: fama de se super pulcritudine)

Et tua materia gloria victa sua est
(gloss: s. amore tui · scilicet dicitur)

Ergo arsit merito qui noverat omnia theseus
— *margin: Iste theseus rapuerat tunc Helenam in palestrico ludo ludentem*

Et visa est tanto digna rapina viro
(gloss: violentia)

Left margin: luctavit invicem cum puellis palestra certabant

More tue gentis nitida dum nuda palestra
— *margin: palestra fuit ludus apud antiquos in quo viri nudi ludebant vngentes prius corpora sua aliqua pinguedine et ibi exprobantur in viribus suis et qui fortiores inveniebantur [illegible] tali vnctione tunc potentes ille in viribus fortior habebatur*

Ludis et es nudis femina mixta viris
(gloss: s. theseus)

Quem rapuit laudo miror quod reddidit unquam

Tam bona constanter preda tenenda fuit
(gloss: prius · de)

Ante recessisset caput hoc cervice cruenta

Quam tu de thalamis abstraherere meis

helena

Te ne manus mee [illegible] dimittere vellent
Te ne meo paterer vivus abire sinu
Si reddenda fores aliquid tamen ante tulissem
Nec venus ex toto mea fuisset iners
Vel in virginitas esset libata vel illud
Quod poterat salua virginitate rapi
Da modo te que sit paridis constancia nosces
Flama rogi flamas finiet una meas
Preposui regnis ego te quam maxima quondam
Pollicita est nobis nupta sororque iouis
Dumque tuo possem circudare brachia collo
Contempta est virtus pallade dante michi

pallas est dea sapientie

Cum venus et iuno pallasque in vallibus yde
Corpora iudicio supposuere meo
Nec piget haut unquam stulte elegisse videbor
Permanet in voto mens mea firma suo
Spem modo ne nostram fieri patiare caducam
Deprecor o tanto digna labore peti
Non ego coniugium generose degener opto
Nec mea crede michi turpiter uxor eris
Pliada si queres in nostra gente iouemque
Invenies medios ut taceamus auos

i. pater meus est dux asie

Sceptra parens asie qua nulla beatior hora est

Finibus inmensis vix obeunda tenet

Innumeras urbes atque aurea tecta videbis — videbis tales domos in regno meo

Queque suos dicas templa decere deos — id est dices, ut ita digne templa essent deorum patrie mee

Ilion aspicies firmataque turribus altis

Menia phebee structa canora lire — quia phebus edificavit muros troyanos

Quid tibi de turba narrem numeroque virorum

Vix populum tellus sustinet illa suum

Occurrent denso tibi troyades agmine matres

Nec capient phrigias atria nostra nurus

O quotiens dices quam pauper achaia nostra est — Achaia est pars grecie

Una domus quevis urbis habebit opes — non solum una domus

Nec mihi phas fuerit sparten contempnere vestram — Sparten est civitas de qua helena fuit

In qua tu nata es terra beata michi est

Parta sed est sparte tu cultu divite digna — urbs lacene tellis? monte subdita

Ad talem formam non facit iste locus

Hanc faciem largis sine fine paratibus uti

Deliciis que decet luxuriare novis

Dum videas cultum nostra de gente virorum — frigii fuerunt in vestibus mollissimi

Qualem dardanias credis habere nurus

Da modo te facilem nec dedignare maritum

Rure therapneo nata puella phrigem

Phryx hic intelligit Ovidius quod ipse sit de melioribus troianis. Anchises concubuit cum Venere in Yda silva et ille fuit etiam troianus

Phryx erat et nostro genitus de sanguine qui nunc
Cum dis potando nectare miscet aquas
Phryx erat Aurore coniux tamen abstulit illum
Extremum noctis que dea finit iter
Phryx etiam Anchises volucrum cui mater amorum
Gaudet in Ydeis concubuisse iugis
Nec puto collatis forma Menelaus et annis
Iudice te nobis anteferendus erit
Non dabimus certe socerum tibi clara fugantem
Lumina qui trepidos a dape vertat equos
Nec Priamo pater est soceri de cede cruentus
Et qui Mirtoas crimine signat equos
Nec proavo Stigia nostro captantur in unda
Poma nec in mediis queritur humor aquis
Quid tamen hoc refert si te tenet ortus ab illis
Cogitur huic domui Iupiter esse socer
Heu facinus totis indignus noctibus ille
Te tenet amplexu perfruiturque tuo
At mihi conspiceris posita vix denique mensa
Multaque que ledant hoc quoque tempus habet
Hostibus eveniant convivia talia nostris — quod dicit talia debet evenire hostibus hostibus meis
Experior posito qualia sepe mero
Penitet hospitii cum me spectante lacertus

Ganimedes fuit troianus qui translatus fuit in celum et ibi factus fuit pincerna deorum

Non dabimus. Atreus et Tiestus fratres fuerunt cuiusdam regis. Tiestes concubuit cum uxore Atrei. Atreus hoc comperto adulterio occidit puerum quem generavit frater suus ab uxore sua et fecit inde cibum et dedit illud ad comedendum. Postea Tiestes cognovit hoc et intulit Atreum unde sol offensus noluit lucere. Quasi dicit pater meus non est ita scelestus ut pater mariti tui scilicet Atrei qui posuit filium fratris ad comedendum

Esse socer quasi dicit Iupiter nollet esse socer Menelaum scilicet generum

Imponit collo rusticus ille tuo
Rumpor et invideo quid inde tamen simul narrem — i. cum ipse palpat te in simul
Membra superiecta cum tua veste fovet
(interlinear: i. fl. — sine moderamine)
Oscula cum vero coram non dura daretis — i. cyphum posui in oculos
Ante oculos posui pocula sumpta meos
Rursum dimitto cum te tenet arcius ille
Cessat et multo lentus in ore cibus — i. non potui comedere
Sepe dedi gemitus et te lasciva notavi
In gemitu risum non tenuisse meo
Sepe meam volui flammam tepescere at illa
Crevit et ebrietas ignis in igne fuit
Multa quod ne videam versa cervice recumbo
Sed revocas oculos protinus ipsa meos
Quid faciam subito dolor est meus ista videre
Sed dolor a facie maior abesse tua
Qua licet et possum luctor celare furorem
Sed tamen apparet dissimulatus amor
Nec tibi verba damus sentis mea vulnera sentis
Atque utinam soli sint mea vota tibi
(interlinear: ea — nota)
Ah quotiens lacrimis venientibus ora reflexi
Ne causas fletus quereret ipse mei
Ah quotiens aliquem narravi potus amorem

Ad vultus referens singula verba tuos
Iudiciumque mei ficto sub nomine feci
Ille ego si nescis verus amator eram
Crevit ad ut possem verbis petulantique uti
Non semel ebrietas est simulata michi
Prodita sunt memini tunica tua pectora laxa
Atque oculis aditum nuda dedere meis
Pectora vel puris nivibus vel lacte tuamque
Complexo matrem candidiora Iove
Dum stupeo visis nam pocula forte tenebam
Tortilis a digitis excidit ansa meis
Oscula si nate dederas ego protinus illa
filia helene
Hermiones tenero letus ab ore tuli
Et modo cantabam veteres resupinus amores
Et modo per nutus signa tegenda dabam
Et comitum primas Clymenen Ethramque tuarum
Ausus sum blandis nuper adire sonis
Que michi non aliud quam formidare locute
que noluerunt audire omnes preces meas
Orantis medias deseruere preces
ut ypomenes pomi ei qui ... magni certaminis meretrici
Dii facerent pretium magni certaminis esses
l. cubili
Teque suo posset victor habere thoro
ille adolescens — quia in cursu superat et eam uxorem meruit
Ut tulit ypomenes scenoia prima cursus

[illegible] ... quod amore ... dicit se esse ...

ancille helene

Atalanta fuit filia cuiusdam regis quam ypomenes vicit cursu quia eam nulli volunt copulare nisi illi qui vinceret eam singulari cursu Sed ypomenes tria aurea poma proiecit unde ea domi tarda data est quam eam devicit

Que prius cursu vicerat ante procos
Venit in phrigios hipodomia sinus
Ut ferus alcides acheloia cornua fregit
Dum petit amplexus dejanira tuos
Nostra per has leges victoria fortius isset
Teque mihi sciret esse laboris opus
Nunc mihi nil superest nisi te formosa precari
Amplectique tuos si patiare pedes
O decus o presens geminorum gloria fratrum
O Jove digna viro ni Jove nata fores
Aut ego sigeos repetam te coniuge portus
Aut hic tenaria contegar exul humo
Non mea sum summa venit leviter districta sagitta
Pectora descendit vulnus ad ossa meum
Hoc mihi nam repeto fore ut a celeste sagitta
Figar erat verax vaticinata soror
Parce datum fatis helene contempnere amorem
Sic habeas faciles in tua vota deos
Multa quidem subeunt sed coram ut plura loquamur
Excipe me lecto nocte silente tuo

Ypodomia fuit filia thelamei regis qui eam nulli dare voluit nisi qui vinceret eam quodam ludo in curru sed pelops mirtheo qui fuit quadriga ypodomie promisit pro mercede ut currum ypodomie tardaret et faciens ceream rotam eam incepit ducere cum rota fregit et sic pelops eam acquisit et mirtheum pro fetere ... in mare precipit

Unde amo te fuisse fatale quia dicit quia Cassandra soror sua divinat

An pudet et metuis venerem temerare maritam
Castaque legittimi falle iura thori
Ach nimium simplex helena nec rustica dicam
Hanc faciem culpa posse carere putas — q. d. credis cum sis ita formosa quod possis viuere sine hoc quod non inculperis ab aliquo
Aut faciem mutes aut sis non dura necesse est
Iuuenalis rara est adeo concordia forme atque pudicitie — Lis est cum forma magna pudicitie
Iupiter his gaudet gaudet venus aurea furtis
Hec tibi nempe patrem furta dedere iouem
Vix fieri si sunt vires in semine amoris
Et iouis et lede filia casta potes
Casta tamen tunc sis cum te mea troia tenebit
Et tua sim queso crimina solus ego — vel ego sum cum quo peccauis
Nunc ea peccemus que corriget hora iugalis — cum peccata themis
Si modo promisit non mihi vana venus
Sed tibi hoc suadet rebus non voce maritus
Neue sui furtis hospitis obstet abest — q. d. furtiuis quod velis
Non habuit tempus quo cresia regna videret
Yronice loquitur qui dicit ostilem et simplicem hominem — Aptius o mira calliditate virum
Esset nec ydei mando tibi dixit iturus
Curam pro nobis hospitis vxor agas
Negligis absentis testor mandata mariti

Cura mei nō est hospitis ulla tibi
Huccine tu speras hominem sine pectore dotes
Posse satis forme tyndari nosse tue
Fallitur ignorat nec si bona magna putaret
Que tenet externo crederet ille viro
Ut te nec mea vox nec te meus incitet ardor
Cogimur ipius comoditate frui
Aut erimus stulti sic ut superemus et ipsum
Si tam securum tempus abibit iners
Pene suis ad te manibus deduxit amantem
Utere mandatis simplicitate viri
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili
In viduo iaceo solus et ipse thoro
Te m̄ meque tibi comuna gaudia iungant
Candidior medio nox erit illa die
Tunc ego iurabo quevis tibi numina meque
Astringam verbis in tua iussa meis
Tunc ego si nō est fallax fiducia nostra
Efficiam presens ut mea regna petas
Si pudet aut metuis ne me videare secuta
Ipse reus sine te criminis huius ero

Nam sequar egide factum fratrumque tuorum
Exemplo tangi non propiore potes
Ut rapuit theseus geminas leucipidas illi
Quartus in exemplis annumerabor ego
Troiana classis adest armis instructa virisque
Iam facient celeres remus et aura vias
Ibis dardanias ingens regina per urbes
Teque deam credet vulgus adesse novam
Quaque feres gressus adolebunt cynnama flamme
Cesaque sanguineam victima plaget humum
Dona pater fratresque et cum genitrice sorores
Iliades omnes troiaque tota dabit
Heu michi pars a me vix dicitur ulla futuri
Plura feres quam que littera nostra refert
Nec tu rapta time ne nos fera bella sequantur
Concitet et vires grecia magna suas
Tot prius abductis et que est repetita per arma
Crede mihi vanos res ista metus
b Et tuta a bello bistonis hora fuit
a Nonne ceperunt aquilonis erechida traces
Phasida puppe nova vexit pegaseus iason
Lesa nec est colcha thessala terra manu

Leucippus duas habuit filias scilicet phebe et gorgonem quorum unam castor rapuit alteram pollux

arguit a facilitate dicte [illegible] dicit enim se habere omnia parata

pelices ei matres hec [illegible] in regno troie

removet obiectionem et [illegible] quod nulla bella [illegible] et [illegible] multarum [illegible]

Ericteus rex fuit athenarum qui duas habuit filias scilicet procrin et orithiam unam illarum duxit cephalus scilicet procrin alteram boreas

Te quoque qui rapuit rapuit Mynoida Theseus
Nulla tamen Minoes Creta ad arma vocat
Terror in his ipso maior solet esse periclo
Quaeque timere licet pertimuisse pudet
Finge tamen si vis ingens consurgere bellum
Et michi sunt vires et mea tela nocent
Nec minor est Asie quam vestre copia terre
Illa viris dives dives habundat equis
Nec plus Atrides animi Menelaus habebit
Quam Paris aut armis anteferendus erit
Pene puer cesis abducta armenta recepi
Hostibus et causam nominis inde tuli
Pene puer iuvenes vario certamine vici
In quibus Ilioneus Deiphobusque fuit
Neve putes non me nisi cominus esse timendum
Figitur in iusso nostra sagitta loco
Num potes hec illi prime dare facta iuvente
Instruere Atriden non potes arte mea
Omnia si dederis numquid dabis Hectora fratrem
Unus is innumeri militis instar erit
Quid valeam nescis et te mea robora fallunt

Ignoras cui sis nupta futura viro
Aut igitur nullo belli repetere tumultu
Aut cedent marti dorica castra meo
Non tamen indignor pro tanta tangere bellum
Sume certamen premia magna movet
Tu quoque si de te totus contenderit orbis
Nomen ab eterna posteritate feres
Spe modo non timida dis hinc egressa secundis
Exige cum plena munera pacta fide

dorica sunt propria in grecia vel dorica castra i. greca

Helena rescribit Paridi

Nunc oculos tua cum violavit epistola nostros
Non rescribendi gloria visa levis
Ausus es hospitii temeratis advena sacris
Legitimam nupte sollicitare fidem
Scilicet ideo ventosa per equora vectum
Excepit portu tenarus ora suo
Nec tibi diversa quamvis de gente venires
Oppositas habuit regia nostra fores
Esset ut officii merces iniuria tanti
Qui sic intrabas hospes an hostis eras
Nec dubito quin hec cum sit tam iusta vocetur
Rustica iudicio nostra querela tuo

Helena filia Lede rescribit Paridi et vult eum allicere ad amorem suum et post scribit ei dure postea benignius sue voluntati obedit quam eam reprehendit. Nunc per oculos. Nota istos versus leguntur dupliciter. Postquam enim tua epistola violavit i. lascivos fecerit in amore. tunc gloria i. potestas rescribendi non est levis q.d. magna potestas est quod possum tibi rescribere. Secunda lectura est cum tua epistola nos i. perturbaverit nostros oculos gloria non scribendi est visa levis q.d. prius esset vanum si non scriberem tibi sane rite ego sum rustica

quia hospitia quondam habebantur in magno honore

Rustica sim sane dum non oblita pudoris
Dumque tenor vite sit sine labe mee
Si non est ficto tristis mihi vultus in ore
Nec sedeo duris torva supercilijs
Fama tamen clara est et adhuc sine crimine vixi
Et de me laudem nullus adulter habet
Quo magis admiror que sit fiducia cepti
Spemque thori dederit que tibi causa mei
Anque vim nobis neptunius intulit heros
Rapta semel videor bis quoque digna rapi
Crimen erat nostrum si delenita fuissem
Cum sim rapta meum quid nisi nolle fuit
Non tamen e facto fructum tulit ille petitum
Excepto redij passa timore nihil
Oscula luctanti tantummodo pauca protervus
Abstulit ulterius nil habet ille mei
Que tua nequicia est non his contenta fuisset
Di melius similis non fuit ille tui
Reddidit intactam minuitque modestia crimen
Et iuvenem facti penituisse patet
Thesea penituit paris ut succederet illi

Ne quoque nomen non sit in ore meum

Nec tamen irascor quis enim succenset amanti

Si modo quem prefers non simulatur amor

Hoc quoque enim dubito non quod fiducia desit

Aut mea sit facies non bene nota tibi

Sed quia credulitas dampno solet esse puellis

Verbaque dicuntur vestra carere fide

At peccant alie matronaque rara pudica est

Quis prohibet raris nomen inesse meum

Nam mea quod visa est tibi mater idonea cuius

Exemplo flecti me quoque posse putas

Matris in admisso falsa sub ymagine luse

Error inest pluma tectus adulter erat

Nil ego si peccem possum nescire nec ullus

Error qui facti crimen obumbret erit

Illa bene erravit vicioque auctore redemit

Felix in culpa quo Iove dicar ego

Et genus et proavos et regia nomina iactas

Clara satis domus hec nobilitate sua est

Iupiter ut soceri proavus taceatur et omne

Tantalide pelopis tyndareque genus

non sic i. sic due negaciones faciunt affirmacionem quod d. reddidit me ut theseus ut in rapiendo me et quod eciam in ore hominum

Utrum diligas me an non non credo quod diligas me vel non credo quod sim pulchra

Ridet adhuc quod peccet aut quod [illegible] formosa non est casta

ad hoc opus sic venit ridere adhuc quia dicit [illegible] quod mater eius decubuit cum Iove

Non genelogia Jupiter genuit dardanum dardanus erictonium erictonius troem troes Ilum et assaracum Ilus laomedontem laomedon priamum priamus paridem assaracus capim capis anchisem anchises eneam

Dat m leda iouem cigno decepta parente
Que falsa gremio credula fouit auem
Nunc et phrigie late pmordia gentis
Cumq suo pamu laomedonte refer
Quos ego suspicio sed q tibi gla mag e
Quintus is a nro nomine primus erat
Sceptra tue quis rear esse potencia troie
Non tn hec illis esse minora puto
Si iam diuicijs locus hic numeroq virorum
Vincitur at certe barbara terra tua e
Munera tanta quide pmittit epla diues
Ut possint ipsas illa mouere deas
Sed si iam vellem fines transire pudoris
Tu melior culpe causa futurus eras
Aut ego ppetuo famam sine labe tenebo
Aut ego te potius q tua dona sequar
Utq ea no sperno sic acceptissima semp
Munera sunt auctor que preciosa facit
Plus multo est q amas q sic tibi ca laboris
Q tam p longas spes tua venit aquas
Illa quoq apposita q nunc facis impbe mensa

Yronice loquitur

Experiar, cuius dissimulare noto

Cum modo me spectes oculis lasciue proteruis

Quos vix instantes lumina nostra ferunt

Et modo suspires modo pocula proxima nobis

Sumens quaque bibi tu quoque parte bibis

Ach quotiens digitis quotiens ego tecta notaui

Signa supercilio pene loquente dari

Et sepe extimui ne vir meus illa videret

Non satis occultis erubuique notis

Sepe vel exiguo vel longo murmure dixi

Nil pudet hunc nec vox hec mea falsa fuit

Orbe quoque in mense legi sub nomine meo

Quod deducta mero littera fecit amo

Credere me tamen hoc oculo renuente negaui

Heu michi iam didici sic quoque posse loqui

Hiis ego blandiciis si peccatura fuissem

Flecterer hiis poterant pectora nostra capi

Est quoque confiteor facies tibi rara potestque

Velle sub amplexus ire puella tuos

Altera sed potius felix sine crimine fiat

Quam cadat externo me amore pudor

i. ego dixi verum quia tu fuisti audax

Hoc verbum amo

i. altera que non est legittima possit tibi convenire

optime dixit ovidius

Disce meo exemplo formosis posse carere
Est virtus placitis abstinuisse bonis
Quam multos credis iuvenes optare quod optas
Qui sapiant oculos an Paris unus habes
Non tu plus cernis sed plus temerarius audes
Nec tibi plus cordis sed minus oris adest
Tunc ego te vellem celeri venisse carina
Cum mea virginitas mille petita procis
Si te vidissem primus de mille fuisses
Iudicio veniam vir dabit ipse meo
Ad possessa venis preceptaque gaudia serus
Spes tua lenta fuit quod petis alter habet — menelaus sic diligit me quod non est in natura tui
Ut tamen optarem fieri tua troica coniux
Invitam sic me nec menelaus habet
Desine molle precor verbis convellere pectus — convellere i. castigare
Neve mihi quam te dicis amare noce
Sed sine quam tribuit sortem fortuna tueri — me ubi tueri permitte me servare honorem meum
Nec spolium nostri turpe pudoris habe
At venus hoc pacta est ut in alte vallibus yde
Tres tibi se nudas exhibuere dee
Unaque cum regnum belli daret altera laudem

i. filia tindari

Tindaris coniux tercia dixit eris

Credere vix equidem corpora celestia possum

Arbitrio formam supposuisse tuo — quod ipsa promiserat te michi

Vtque sit hoc verum, certe pars altera ficta est

Iudicii precium qua data dicor ego

Non est tanta in fiducia corporis vt me — non credo quod tu potuisset tibi dedisse maius donum

Maxima teste dea dona fuisse putem

Contenta est oculis hominum mea forma probari — sufficit michi quod homines laudant me

Laudatrix venus est invidiosa michi — i. si laudat me hoc facit derisorie quia me confido laudari

ne dissimulabo

Sed nichil infirmo faveo quoque laudibus istis — i. ego laudor quod michi placet et ideo quod negarem quod vellem esse pulcra

Nam mea vox quare quod cupit esse neget

non proferetis ... affectat

Nec tu succense nimium michi creditus egre — noli me nimis laudare quia non credo

Tarda solet magnis rebus inesse fides

Prima mea est igitur veneri placuisse voluptas — diligo quod placui veneri et quod sum visa illi sufficiens premium et est prima voluptas mea

scilicet velocitati ... non aliud solum ...

Proxima me visam premia summa tibi

Nec te palladios nec te iunonis honores

Auditis helene preposuisse bonis — i. fama quod audiebas de me

dum preposuisti bonis

Ergo ego sum virtus ego sum tibi nobile regnum — i. sapiencie et divicie

Ferrea sum si non hoc ego pectus amem

Ferrea crede michi non sum sed amare repugno — i. te quia nescio quo te possim habere

Illum quem fieri vix puto posse meum

Quid bibulum curvo proscindere littus aratro — i. terram bibulam, i. quid aro littus et vicem do ventis
Spemque sequi coner quam locus ipse negat
Sum rudis ad veneris furtum nullaque fidelem — scilicet menelaum maritum decepi [illegible] plus aliena
Di michi sunt testes lusimus arte virum
Nunc quoque quod tacito mando mea verba libello
Fungitur officio litera nostra novo
Felices quibus usus adest ego nescio rerum
Difficilem culpe suspicor esse viam — [illegible]
Ipse malo metus est iam nunc confundor et omnes
In nostris oculos vultibus esse reor
Nec reor hoc falso sensi mala murmura volgi
Et quasdam voces retulit ethra michi — pedisequa helene
At tu dissimula nisi si desistere mavis — ab amore
Sed cur desistas dissimulare potes — i. noli desistere sed dissimula
Lude sed occulte maior non maxima nobis — scilicet non magna sed maxima [illegible] licentia ludi
Est data libertas quod menelaus abest — [illegible] quia ipse dixerat [illegible] quod menelaus [illegible]
Ille quidem procul est ita re cogente profectus — possent bene [illegible] opus veneris
Magna fuit subite iustaque causa vie
Aut mihi sic visum est ego cum dubitaret an iret
Quam primum dixi fac rediturus eas
Omine letatus dedit oscula resque domusque — scilicet bene procures

Et tibi sit cure troycus hospes ait

Vix tenui risum que dum compescere luctor

Nil illi potui dicere preter erit — nihil posui i. habeo curam

Vela quidem creten ventis dedit ille secundis — i. ipse ivit ad creten que est pars grecie

Sed tu non ideo cuncta licere puta

Sic meus hinc vir abest ut me custodiat absens

An nescis longas regibus esse manus

Fama quoque est oneri nam quo constancius ore — i. forma mea nocet michi

Laudamur vestro iustius ille timet — quia credunt male de me

Que iuvat ut nunc est eadem michi gloria dampno

Et melius fame verba dedisse fuit — ipse hoc nolo exaltari

Nec quod abest hic me tecum mirare relictam

Moribus et vite credidit ille mee

De facie metuit vite confidit et illum

Securum probitas forma timere facit

Tempora ne pereant ultro data precipis utque

Simplicis utamur comoditate viri

Et libet et timeo nec adhuc exacta voluptas

Est satis in dubio pectora nostra labant

Et vir abest nobis et tu sine coniuge dormis

Inque vicem tua me te mea forma capit — hic recitat illa que valent ad amorem

Et longe noctes et iam sermone coimus — i. loquimur adinvicem

Et tu me miseram blandus et una domus — ad culpam invitant movent, suffiunt

Et peream si non invitat omnia culpam

Restat quod tardor sed tamen ipsa metu

Tum male persuades utinam bene cogere posses — i. mulieribus que patiuntur a viris

Ut mea rusticitas excutienda foret

Utilis interdum est ipsis iniuria passis

Sic certe felix esse coacta forem

Dum novus est potius cepto pugnemus amori — cum ipse incipiendo fiet ad hunc amorem repugnat

Flamma recens parva sparsa resedit aqua

Certus in hospitibus non est amor errat ut ipsi

Cumque nichil speres firmius esse fugit

Ysiphile testis testis Minoia virgo est — Ysiphile relicta a Jasone, Adrigne relicta a Theseo

In non exhibitis utraque lusa thoris

Tu quoque dilectam multos in fide per annos

Diceris Oenonen destituisse tuam — Dicens Oenone quod Paris dereliquit et superduxit aliam

Nec tamen ipse negas et nobis omnia de te

Querere si nescis maxima cura fuit — omnia scilicet tua inquisivi

Adde quod ut cupias constans in amore manere

Non potes expediunt iam tua vela Phryges

Dum loqueris mecum dum nox sperata paratur

Qui ferat in patriam iam tibi ventus erit — *Si tam velle facere et vento veniret tu recederes quia paratus et sum solido expectabis ventum*
Cursibus in mediis novitatis plena relinques
Gaudia cum ventis ut abibit amor
An sequar ut suades laudataque Pergama visam
Pronurus et magni Laomedontis ero
Non ita contempno volucris preconia fame
Ut probris terras impleat illa meis — *ut proto mundum male dicatur de me*
Quid de me Sparte poterit quid Achaia tota
Quid gentes Asie quid tua Troia loqui — *q. d. nil nisi malum verba*
Quid Priamus de me Priami quid sentiat uxor
Totque tui fratres Dardanidesque nurus — *quia habet filios et tot nurus*
Tu quoque quid poteris fore me sperare fidelem — *sicud secuta sum te credes me alium sequi*
Et non exemplis anxius esse tuis
Quicumque Iliacos intraverit advena portus
Is tibi sollicite causa timoris erit
Ipse michi quociens iratus adultera dices
Oblitus nostro crimine messe tuum
Delicti fies idem reprehensor et auctor
Terra prius vultus obruat ante meos
At fruar Iliacis opibus cultuque beato
Donaque promissis uberiora feram — *scilicet quod tu promisisti*

Purpura nempe in prosa que texta dabuntur
Congestoque auri pondere dives ero
Da veniam fasse non sunt tua munera tanti
Nescio quo tellus me tenet ipsa modo
Quis mihi si ledar frigiis succurrat in oris
Unde petam fratres unde parentis opem
Omnia Medee fallax promisit Iason — ita enim iazon fecit medee
Pulsa est esonia nonne illa domo — imo fuit in hemonia ubi iazon expulit medeam
Non erat oetes ad quem despecta rediret
Non ipsa parens Calciopeque soror — quia timuit eos
Tale nihil timeo sed nec Medea timebat
Fallitur augurio spes bona sepe suo
Omnibus invenies que nunc iactantur in alto — pone spem
Navibus a portu leve fuisse fretum — quelibet navis que recedit de domo habet bonum ventum
Fax quoque me terret quam se peperisse cruentam — Ecuba que portavit paridem
Ante diem partus est tua visa parens — sompniavit quod ei quod de utero eius nasceretur fax que succenderet totam terram
Et vatum timeo monitus quos igne pelasgo
Ilion arsurum premonuisse ferunt — Et enim vaticinatum fuit troiam arsuram greco igne
Utque favet citharea tibi quia vicit habetque
Parta per arbitrium bina trophea tuum — scilicet iunonis et diane

Sic illas vereor, que si tua gloria vera est — ab omnibus gentibus

Iudice te causam non tenuere deae

Nec dubito quin te si prosequar arma parentur

Ibit per gladios crede michi noster amor — Thezeus occidit gigantes qui voluerunt rapere ypo domina pueros socio suo

An fera centauris indixit bella cerviti (Hemonia)

At tracis hemonios hyppodamia viros

Aut fore tam iusta lentum menelaon in ira

Et geminos fratres tyndareumque putas — premium eius putatum

Quod bene te iactas et fortia facta fateris

A verbis facies dissidet ista tuis — niger est aptus arte quam pugne

Apta magis veneri quam sunt tua corpora marti

Bella gerant fortes tu pari semper ama

Hectora quem laudas pro te pugnare iubeto

Militia est operis altera digna tui — similitudo amoris

Hiis ego si saperem pauloque audacior essem

Uterer, utetur si qua puella sapit

Aut ego deposito faciam fortasse pudore — quia amabo te

Et dabo cunctatas tempore victa manus — fiducia ad hoc quia dixit prius quod deberent loqui occulte sibi invicem

Quod petis ut furtim pariter ista loquamur

Scimus quid captes colloquiumque voces — tu velles me opprimere

Sed nimium properas et adhuc tua messis in herba est

quia odis moram

Hec mora sit voto forsan amica tuo
Hactenus archanum furtive conscia mentis
Littera iam lasso pollice sistat opus
Cetera per socias Eumenen et Ethra loquemur
Que mihi sunt comites consiliumque due

Leander scribit Hero

Mittit abidenus mallet qua ferre salutem
Si cadat ira maris sesta puella tibi
Si mihi dii faciles et sunt in amore secundi
Invitis oculis hec mea verba leges
Sed non sunt faciles nam cur mea vota morantur
Currere me nota non patiuntur aqua
Ipsa vides celum pice nigrius et freta ventis
Turbida per que cavas vix adeunda rates
Unus et hic audax a quo tibi littera nostra
Redditur e portu navita movit iter
Ascensurus eram nisi quod cum vincula prore
Solveret in speculis omnis abidos erat
Non poteram celare meos velut ante parentes
Quemque tegi volumus non latuisset amor
Protinus hec scribens felix i littera dixi

cum libentius velles me [illegible]

oderunt videt que ipse non diligit

Sestos et abidos fuerant due insule Leander vero inhabitat abidos eron vero sestos brachium autem maris fluebat inter illas duas insulas Leander vero dilexit eron et quotienscumque volunt ire ad eam solebat nare per mare et ipsa posuit sibi lumen in summitate turris et quando tempore hiemis aque inniterent non poterat ire ad eam mittit ei epistolam hanc volens se excusare quod non posset venire tamen tandem submersus est in mari

Abidos erat de quibus prospiciebat in mari

Iam tibi formosam porriget ipsa manum
Forsitan admotis cera tangere labellis
Rumpere dum niveo vincta dente volet
Talibus exiguo dictis in murmure verbis
Cetera cum carta dextra locuta mea est — i. quod cogitavi hoc scripsi
At quanto mallem quam scriberet illa nataret
Aptior illa quidem placido dare verba ponto
Est tamen et sensus apta ministra mei
Septima nox agitur spacium in longius anno
Sollicitum raucis ut mare fervet aquis — Si dormivi hiis noctibus vel diebus tunc mare sic fuerit
His ego si vidi mulcentem pectora somnum
Noctibus insani sit mora longa freti
Rupe sedens aliqua specto tua littora tristis
Et quo non possum corpore mente feror
Lumina quin etiam summa vigilantia turre
Aut videt aut acies nostra videre putat
Ter in deposita est in sicca vestis arena
Ter grave temptavi carpere nudus iter
Obstitit inceptis tumidum iuvenilibus equor
Mersit et adversis ora natantis aquis

Me quoque per assuetas sedula ferret aquas

Et tu de rapidis inmansuetissime ventis
Quid mecum certa prelia mente geris
In me si nescis borea non equora sevis
Quid faceres esset ni tibi notus amor
Tam gelidus cum sis non te tamen improbe quondam
Ignibus atteis incaluisse negas
Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet
Aerios aditus quo paterere modo
Parce precor facilemque move moderacius auram
Imperet ypodades sic tibi triste nichil
Vana precor precibusque meis obmurmurat ipse
Quasque quatit nulla parte coercet aquas
Nunc daret audaces nunc mi dedalus alas
Icarium quamvis hinc prope littus adest
Quidquid erit paciar liceat mo corpus in auras
Tollere quod dubia sepe pependit aqua
Interea dum cuncta negat ventique fretumque
Mente agito furti tempora prima mei
Nox erat incipiens namque est meminisse voluptas
Cum foribus patriis egrediebar amans

Interlinear glosses: "id est dicat" (above "nichil"); "monet" (below "obmurmurat").

Right margin glosses:
quia boreas rapuit quandam puellam de attica regione

ypotes ypote te filius multa in ea et additur des fit ypotades scilicet eolus filius ypote

Left margin gloss:
Ut possem ego volare sicud ycarus quamvis litus sit prope ubi ipse submersus est. Dedalus fuit artifex optimus ingeniosus qui pasiphe cum tauro coniunxit quo cognito minos rex misit eum in exilium cum filio suo ycaro unde cum recederet ab eo per mare et per terras ipse ... patrem permansit ycarus et cecidit in mare et submersus fuit et in ycareum mare

Nec mora deposito . pariter cum veste timore

Iactabam liquido brachia lenta mari — *Luna non quia in se esset in tremulum sed ex motione aque tremere videbatur*

Luna fere tremulum prebebat lumen eunti

Ut comes in meas officiosa vias

Hanc ego suspiciens faveas dea candida dixi

Et subeant i. subeat in mente tue quod fecisti cum endimione in lamos insula. Endimion pastor fuit de lamos insula que fuit sibi chara — Et subeant animo lamea saxa tuo

Non sinit endimion te pectoris esse severi

Flecte precor vultus ad mea furta tuos

Tu dea mortalem celo delapsa petebas — *Ut mihi videtur quam reputo cum pro dea q. d. ipsa est moriciata*

Vera loqui liceat . quam sequor ipsa dea est

Non referam mores celesti pectore dignos

Forma nisi in veras non cadit illa deas

A veneris facie non est prior ulla tuaque
i. et non

Neve meis credas vocibus ipsa vide

Ad modum argenti comparatur propter de pulcritudine amice sue — Quantum cum fulgens radiis argentea puris

Concedunt flammis sidera cuncta tuis — *i. radiis tuis*

Tantum formosis formosior omnibus illa est

Si dubitas cecum cinthia lumen habes — *a mitheo monte ubi colitur*

Nec ego vel certe non his diversa locutus — *ista locutus sum ad lunam*
i. de

Per in cedentes nocte ferebar aquas

Unda repercussa radiabat ymagine lune
Et nitor in tacita nocte diurnus erat
Nullaque vox usquam nostras veniebat ad aures
Preter dimoto corpore murmur aque
Alciones sole memores ceicis amati
Nescio quid vise sunt mihi dulce queri
Iamque fatigatis humero sub utroque lacertis
Fortiter in summas erigor altus aquas
Et procul aspexi lumen meus ignis in illo est
Illa meum dixi littora lumen habent
Et subito lassis vires rediere lacertis
Visaque quam fuerat mollior unda michi
Frigora ne possim gelidi sentire profundi
Qui calet in cupido pectore prestat amor
Quo magis accedo propioraque littora fiunt
Quoque minus restat plus libet ire michi
Cum non possum cerni quoque protinus addis
Spectatrix animos ut valeamque facis
Nunc etiam nando domine placuisse laboro
Atque oculis iacto brachia nostra tuis

Luna per splendorem suam percutit undam et postea repercutitur ab unda quia corpus suum videtur in unda

Ceyx fuit quidam qui voluit visitare quoddam templum propter petitionem suam et dum venit in mari submersus est sic uxor primum tristitia mutata est in volucres volantes in mari illas ego audivi Ceyx rex fuit et filius luciferi maritus alciones qui cum vellet pro her... adire in claram insulam ut peteret responsum in itinere illo in mari submersus est alcione autem uxor sua diis pro redditu illius sacrificabat et mater iunonis ... sompno mutat ut illi mortem viri sui detegeret hoc sompnus fecit cum illa in sompnis ... mane ad litus maris ivit et corpus viri vidit et statim cognovit et primum ... voluit et deus cum ibi lac... misericordiam ... ambo mutati sunt in volucres marinas

Te tua vix prohibet nutrix descendere in altum — tu velles intrare aquam recipiendo me

Hoc quoque cum vidi nec in verba dabas — verba i. deceptiones quia non ausa fuit loqui

Nec tamen effugit quamvis retinebat amictum

Ne faceret prima pes tuus udus aqua

Excipis amplexu feliciaque oscula iungis

Oscula dii magni trans mare digna peti — q. d. [illegible] debere me per mare pro talibus osculis

Eque tuis demptos humeris mihi tradis amictus — tegens me veste tua

Et madidam siccas equoris ymbre comam

Cetera nox et nos et turris conscia novit — in qua fuimus

Quodque mihi lumen per vada monstrat iter

Non magis illius numerari gaudia noctis

Hellesponciaci quam maris alga potest — Alga est herba in mari [illegible] quosdam de purgamentum maris

Quo brevius spacium nobis ad furta dabatur

Hoc magis est cautum ne foret illud iners

Iamque fugatura Titoni coniunx noctem

Previus aurore lucifer ortus erat

Oscula congerimus properata sine ordine raptim — spacium noctis

Et querimur parvas noctibus esse moras

Atque ita cunctatus monitu nutricis amare

Frigida deserta littora turre peto

Digredimur flentes repetoque ego virginis aequor — s. hellespontus qui est inter abidos et sestos
Despiciens dominam dum licet usque meam
Si qua fides vero veniens huc esse natator
Cum redeo videor naufragus esse michi
Hoc quoque si credis ad te via prona videtur
A te cum redeo clivus inertis aque — aqua dicitur inertis quia non est prospera
Invitus repeto patriam quis credere possit — periculosa via est
Invitus certe nunc moror urbe mea
Heu michi cur animis iuncti secernimur undis
Unaque mens tellus non habet una duos — insula
Vel tua me Sestos vel te mea sumat Abidos
Tam tua terra michi quam tibi nostra placet — utinam deberem esse terra vel tu meam
Cur ego confundor quotiens confunditur aequor
Cur michi causa levis ventus obesse potest — q. d. per tam levem rem non deberem turbari
Iam nostros curvi norunt delphines amores
Ignotum nec me piscibus esse reor — q. d. totiens transivi mare quod pisces cognoscunt me
Iam patet attritus solitarum limes aquarum
Non aliter multa quam via pressa rota
Quod michi non esset nisi sic iter ante querebar — non quod nimando optinuit me venire ad te
At nunc per ventos hoc quoque deesse queror

Athamantidos i. helles filie athamantis et frixi sorore tenet i. allenit per sororem que perierit ex nimio motu

Fluctibus in medias athamantidos equora cauent
Virgo manet portu tuta carina suo
Hoc mare cum primum de virgine nota mersa — i. mare tale est quale fuit cum primum nactum est nomen
Que tenet est nactum tale fuisse puto
Et satis amissa locus hic infamis ab helle est — i. helle puto mare ne esse quale fuit cum helle submergebatur
Utque in parcat nomine omen habet
Invideo frixo quem per freta tersa tutum
Aurea lanigera vellere vexit ovis
Nec tamen officium pecoris navisque requiro
Dum modo quas findam corpore dentur aque
Parte movere nulla fiat modo copia nandi — Si aqua est nabilis non curo naves
Idem navigium navita vector ero
Nec sequar aut elicen aut qua tiritur arcton
Publica non curat sidera noster amor
Andromedam alius spectet clarumque coronam
Queque micat gelido parrasis ursa polo
At mihi quam perseus et cum Iove liber amarunt
Indicium dubie nec placet esse vie
Est aliud lumen multo mihi certius istis
Non erit in tenebris quo duce noster amor

Nec sequar elicen fuit quedam virgo filia licaonis comes diane in venacione que cum sola sub arbore recumberet iupiter ad eam in specie diane venit et cum ea concubuit denique impregnata per eam fuisset anno perfecto pepererat in ursam conversa

Arcton ursa minor per quam austrum navigant et hec per dignitatem nullam ingreditur sed sequitur et ab eo boreas perhibetur a nomine sue regionis que de fonte fuit in qua sunt tyrus

Gelido / dicitur quia in parte septentrionali et in yeme apparet

Et inde iupiter eam cum archado filio suo sustulit et a vulgo plaustrum esse perhibetur / helice ursa maior arcturus ursa minor / At mihi perseus amat andromadem bachus adriagnem iupiter calistonem / Idem navigium quasi dicat non curo sequi illas tres constellaciones quas navigantes sequi solent / clarumque theseus reliquit adriagnem filiam regis minois in littore maris quam bachus postea corrumpit et eam in forma corone sustulit in celum

Hac ego dum specto colchos atq; ultima ponti
Quaq; viam fecit thessala pinus eam
Et iuvenē possem superare palemona nando
Miraq; quē subito reddidit herba deum
Sepe p assiduos languent mea brachia motus
Vixq; p immensas fessa trahunt aquas
His ego cū dixi precium nō vile laboris
Iam domine vobis colla tenenda dabo
Protinus illa valent atq; ad sua pmia tendunt
Ut celer eleo carcere missus equus
Ipse meos igitur servo quib; uror amores
Teq; magis celo digna puella sequor
Digna quidē celo sed adhuc tellure morare
~~[illegible]~~ sed in qua sit iter
Hinc est q raro misero contingis amanti
Cūq; mea fuit turbida mente freta — sicud mens mea turbatur sic et fretum
Quid m q lato nō separer equore prodest
Num minus hec nobis tam brevis obstat aqua
Nescio an malim subito tota procul orbe remotus
Cum dna longe spem quoq; habere meam
Quo propius nunc es flama propiore calesco

Pal[emon]: s. palmirus qui fuit quidam liber fuit deificatus / Caliope uxor erat orphei regis que se nimium extulit in pulcritudine unde nimio [illegible] nolunt [illegible] nisi andromade in filia eius diceret ad scopulum quo [illegible] perseus eam liberavit et eam in uxorem duxit postea translata fuit in celum

Eleus est mater ubi multi equi fuerunt / Eleus civitas in qua solum [illegible] cursus bonorum equorum

Nollem quam superis sed in qua sit iter / vel nollem te celo cum superis ubi non est iter

Et q [illegible] mare helespontus [illegible] [illegible] qui non nimium ei obstat [illegible] mare [illegible]

Et ver non semper, spes michi semp(er) adest

Pene manu quod amo tanta est vicinia tango

Pena sed heu flamas hoc in sepe movet

Velle quid est aliud fugiencia prend(er)e poma

Speq(ue) suo refugi fluminis ore sequi

Ergo te nu(m)q(uam) nisi cu(m) volet unda tenebo

Et me felice(m) nulla videbit hyemps

Cu(m)q(ue) nich(il) firmu(m) mi(nus) sit q(uam) ventus et unda

In ventis et aqua spes mea semp(er) erit

Estus t(ame)n adhuc est quid t(ame)n (cum) m(ihi) leserit equor

Plias et arctofilax, olemu(m)q(ue) pecus

Aut ego no(n) novi q(uam) sim temerarius, aut me

In freta no(n) cautu(m) tu(n)c q(uo)q(ue) mittit amor

Neve putes id me quod abest p(ro)mitte(re) tempus

Pignora polliciti no(n) tibi tarda dabo

Sit tumidu(m) paucis etia(m) nu(n)c noctib(us) equor

Ire p(er) invitas experiemur aquas

Aut m(ihi) co(n)tingit felix audacia salvo

Aut mors sollicit(i) finis amoris erit

Optabo t(ame)n ut partes expellar in illas

Compat(ur) se tantalo q(ui) in medi(is) aquis est infixus et sitit neq(ue) pot bibere et h(abe)t poma ad os et non pot ea (con)tingere

Estus, i(d est) in estate no(n) debeat ee tempestas

Pleias uxor fuit atlantis cui(us) filie facte sunt stelle et dicu(n)tur pleiades q(ui)a in ortu earu(m) sp(eci)al(ite)r fit tempestas q(ui)a signa sunt pluviosa, que q(uando) apparent circa hiemem tu(n)c est pluviosu(m) tempus

Arctofilax bubulcus blaustern vel q(ui) dicitur boetes i(d est) amator blausteri et dicitur ab arctos blausterne et philos amor

Oleniu(m)q(ue) i(d est) capricornus vel amaltea capra p(er) qua(m) iupiter fuit nutritus et ab ipso fuit translata in celu(m) q(uando) ista signa apparet tempestate(m) indicat

Et teneat portus naufraga membra tuos
Flebis tactuque meum dignabere corpus
Et mortis dices huius ego causa fui
Scilicet interitu offenderis omine nostri
Littera que invisa est hac mea parte tibi
Desine parce queri sed ut hanc mare finiat iram
Accedant queso fac tua vota meis
Pace brevi nobis opus est dum transeo istuc
Cum tua contigero littora perstat hiemps
Illic est aptum nostre navale carine
Et melius nulla stat mea puppis aqua
Illic me claudat boreas ubi dulce morari est
Tunc piger ad nandum tunc ego cautus ero
Nec faciam surdis convicia fluctibus ulla
Triste natatuo nec querar esse fretum
Me pariter venti teneant tenerique lacerti
Per causas istic impediarque duas
Cum patietur hiemps remis ego corporis utar
Lumen in aspectu tu modo semper habe
Interea pro me pernoctet epistola tecum
Quam precor ut minima prosequar ipse mora

Hero rescribit leandro

Quam mihi misisti verbis leandre salutem
Ut possim missam rebus habere veni
Longa mora est nobis omnis que gaudia differt
Da veniam fasse non pacienter amo
Urimur igne pari sed sum tibi viribus impar
Forcius ingenium suspicor esse viris
Ut corpus teneris sit mens infirma puellis
Deficiam parvi temporis adde moras
Vos in venando in rus geniale colendo
Ponitis in varia tempora longa mora
Et fora vos retinent aut uncte dona palestre
Flectitis aut freno colla sequacis equi
Nunc volucrem laqueo nunc piscem ducitis hamo
Diluitur posito serior hora mero
His in submotis vel si minus acriter urar
Quid faciam superest preter amare nichil
Quid superest facio teque o mea sola voluptas
Plus quoque quam reddam quod mihi possit amo
Aut ego cum cara de te nutrice susurro
Queque tuum miror causa moretur iter

Rescripcio herle ad leandrum qua intendit eum modis omnibus inducere ut veniat ad eam

Si parva adhuc expectes quod non venies moriar

Aut mare prospiciens odioso concita vento
Corripio verbis equora pene tuis
Aut ubi sevicie paulum gravis unda remisit
Posse quidem sed te nolle venire queror
Dumque queror lacrime per amancia lumina manant
Pollice quas tremulo conscia siccat anus
Sepe tui specto si sint in littore passus
Impositas tamquam servet arena notas
Utque rogem de te et scribam tibi si quis abydo
Venerit aut quero si quis abidon eat
Quid referam quociens do vestibus oscula quas tu
Hellespontiaca ponis iturus aqua
Sic ubi lux acta est et noctis amicior hora
Exhibuit pulsa sydera clara die
Protinus in summa vigilancia lumina turre
Ponimus assuete signa notaque vie
Tortaque versato ducentes stamina fuso
Feminea tardas fallimus arte moras
Quid loquar interea tam longo tempore queris
Nil nisi leandri nomen in ore meo est

Ego quero si aliquis venit a civitate tua ut dicat mi aliquid de te vel si aliquis velit ire illuc ut scribam tibi aliquid

Ego osculatus sum sepe cum tui pallium quod portasti ad littus maris

Dic gratis quid dicam interea non nisi leander leander

Vult heroes ad nutricem quod nil cogitat quid de leandro fiat

Iam ne putas exisse domo mea gaudia nutrix — i. ego quero a nutrice mea
Dum vigilant omnes et timet illa suos
Iam ne suas humeris illud deponere vestes — oleo ungebant se et de qua oliva est pallade arbor pallas enim pre[fuit] in terra
Pallade iam pingui tinguere membra putes — posuit aut inventorem pro invento
Annuit illa fere non nostra quod oscula curet
Sed movet obrepens somnus anile caput
Postque more minimum iam certe navigat [illegible]
Lentaque dimotis brachia iactat aquis
Panteque cum tacta perceptum stamina terra — i. fusus vix tetigit terram
In medio possis quelibet esse freto — ego crederem si esses in medio maris
Et modo prospicimus timida modo voce precamur
Ut tibi det faciles utilis aura vias
Auribus incertas voces captamus et omnem — quicunque audio aliquem sonum vel strepitum puto te venire
Adventus strepitum credimus esse tui
Sic ubi decepte pars est mihi maxima noctis
Acta subit furtim lumina fessa sopor
Forsitan invitus mecum tamen improbe dormis — i. quamvis tu facias invite tamen videtur mihi quod dormias mecum et loquitur super illud versum posse quod
Et quamvis non vis ipse venire venis
Nam modo te videor prope iam spectare natantem
Brachia cum humeris humida ferre meis

Nunc darec que soleo madidis velamina membris
Pectora nunc iuncto nostra fovere sinu
Multaque preterea lingwa reticenda modeste
Que fecisse iuvat, facta referre pudet — i. ego recumber tibi omnia dicere qua videbat in aliquo sic tores meum
Me miseram brevis est hec et non vera voluptas
Nam tu cum sompno semper abire soles
Firmius o cupidi tandem coeamus amantes
Nec careat vera gaudia nostra fide
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes
Cur totiens a me lente natator abes
Est mare confiteor nondum tractabile nanti
Nocte sed hesterna lenior aura fuit
Cur ea preterita est cur non ventura timebas
Tam bona cur periit nec tibi rapta via est — i. ponam quod tu statim velles ista nox preterita melior fuit
Protinus ut similis detur tibi copia cursus
Hoc melior certe quo prior illa fuit
At cito mutata est iactati forma profundi — i. maris impetuosi
Tempore cum properas sepe minore venis — i. tu venisti sepe in breviori hora quam illa fuit que preteriit
i. si venires huc non pateris aliquam molestiam — Hic puto deprensus nil quod quereris haberes
Meque tibi amplexo nulla noceret hiemps

i. Heroo — pertimere

Certe ego cum ventos audirem leta sonantes

i. faciles ad natandum — i. reputarem

Et nunquam placatas esse putarem aquas

i. Leandro — i. timidior

Quid tibi evenit cur sis metuentior unde

i. [illegible] — i. timeas

Contemptumque prius nunc vereare fretum

Nam memini cum te sevum veniente minaxque

Non minus aut multo non minus equor erat

Cum tibi clamabam sic tu temerarius esto

Ne misere virtus sit tua flenda michi

Unde novus timor hic quoque illa audacia fugit

Magnus ubi est spretis ille natator aquis

Sis tamen hoc potius quam quod prius esse solebas temerarius

Et facias placidum per mare tutus iter

Dummodo sis idem dum sic ut scribis amemur

Flammaque non fiat frigidus illa cinis i. amor non pereat

Non ego tam ventos timeo mea vota morantes

Quam similis vento ne tuus erret amor

Ut non sim tanti superentque pericula causam i. ut [illegible] tamen mei et timeo quod tu mea non velis laborare et despicias me

Et videar merces esse labore minor

Interdum metuo patria ne ledar et impar i. quod habeas aliam uxorem i. patria quia tu es dicar me

Dicar Abydeno Thressa puella viro

Ferre tamen possum patientius omnia quam si i. ego [illegible] possem melius omnia pati quam si haberes aliam uxorem

Otia nescio qua pellice captus agas

In tua si veniunt alieni colla lacerti

Sit que nominis nostri finis amoris amor
Ach potius peream quam crimine vulnerer isto
Fataque sint culpa nostra priora tua
Nec quia venturi dederis mihi signa doloris — scilicet periuria non inferes in aliquid malum
pro non
Hec loquor haut fama sollicitata nova
Omnia sed vereor quis enim securus amavit
Cogit et absentes plura timere locus
Felices illas sua quos presencia nosse
Crimina vera iubet falsa timere vetat
Non tam vana movet quam facta iniuria fallit — [illegible]
Incitat et morsus error uterque pares
O utinam venias aut ut ventus ne pater ne
Causa sit et certe femina nulla more
Quam si quam sensero moriar in crede dolendo
Iam dudum peccas si mea fata petis
Sed neque peccabis frustraque ego terreor istis
Quoque minus venias invida pugnat hiemps
Heu miseram quanto planguntur littora fluctu
Et latet obscura condita nube dies
Forsitan ad pontum mater pia venerit Helles — propter hoc flentur mare
Mersaque roratis nata fleatur aquis

Aut mare ab inviso privigne nomine dictum
Vexat in equoream versa noverca deam
Non favet ut nunc est teneris locus iste puellis
Hac helle periit / hac ego ledor aqua
At tibi flammarum memori neptune tuarum — neptunus amavit dianam et inmittacio mare fuit placidum et has alias amavit quas narrat
Nullus erat ventis impediendus amor
Si neque assimone nec laudatissima forma
Criminis tiro fabula (mater) vana tui
Lucida alcione circeque et aucione nata
Et nondum nexis angue medusa comis
Flavaque laudice celo que recepta celeno
Et quarum memini nomina lecta michi
Has certe pluresque canunt neptune poete
Molle latus lateri conseruisse tuo
Cur igitur totiens vires expertus amoris
Assuetum nobis turbine claudis iter
Parce ferox latoque mari tua prelia misce — non seviatis in tam parvo motu sed in magno
Seducit terras hec brevis unda duas
Te decet aut magnas magnum iactare carinas
Aut etiam totis classibus esse trucem
Turpe deo pelagi iuvenem terrere natantem s. leandre

Gloria que est stagno quolibz ista minor — i. hoc mare ꝯ min⁹ q̃ꝫ alia maria
Nobilis ille quidē est et clarus origine sed nō
A tibi suspecto ducit ulixe genus — non est nat⁹ de ulixe
Da veniam scema qz duos natat ille sz hysdem
Corpus leandri spes mea pendet aquis
Sternuit et lumē posito nā scribim⁹ illo — lumē dedit sonitū cum instillavim⁹ vinū et hoc est bonū signū
Sternuit et nobis ꝓspera signa dedit
Ecce meū nutrix faustos instillat in ignes
Crasqz erim⁹ plures inquit et ipsa bibit
Effice nos plures evicta ꝑ equora lapsus
O penitus toto corde recepte michi
In tua castra redi socij desertor amoris
Ponuntur medio cur mea membra thoro
Quod timeat nō est auso ven⁹ ipsa favebit
Sternet et equoreas equore nata vias — sepe cupio natare ad te
Ire libet medias ipsi m̄ sepe per undas
Sed solet hoc maribus tucius esse fretum — quia mulier s. helles submersa ꝯ
Nam cur hoc vect⁹ phrixo frixi qꝫ sororꝫ
Sola dedit vastis femina nomen aquis
Forsitan ad reditum metuis ne tempora desint
Aut gemini nequeas ferre laboris onus
At nos diversi medium coeam⁹ in equor

Obvia quam in summis oscula demus aquis
Atque ita quisque suas iterum redeamus ad urbes
Exiguum sed plus quam nichil illud erit [vellem ut pudor cederet fame vel amor]
Vel pudor hic utinam qui nos clam cogit amare
Vel timidus fame cedere vellet amor
Nunc male res iuncte calor et reverentia [iuventa amor] pugnant
Quid sequar in dubio est hec decet ille iuvat
Ut semel intravit colchos [medeam] pegaseus yason [Pagases monte]
Impositam celeri phasida puppe tulit [phasis est fluvius in scotos insula]
Ut semel ydeus [s. paris] lacedemona [grecia] venit adulter [narrat illos qui dimiserunt pudorem propter amorem]
Cum preda rediit protinus ille sua
Tu quam sepe petis quod amas tam sepe relinquis
Et quotiens grave sit puppibus ire natas
Sis tamen o iuvenis [tranquillitati] tumidarum [turbatarum] victor aquarum
Sic facito spernas ut vereare fretum
Arte laborate merguntur ab equore naves
Tu tua plus remis brachia posse putas
Quod cupis [natare] hoc naute metuunt leandre natare
Exitus hic fractis puppibus esse solet [quia timeo ut non venias]
Me miseram cupio non persuadere quod opto
Sis que precor monitis forcior ipse meis
Dum modo pervenias excussa que sepe per undas

Iniicias humeris brachia lassa meis
Sed in ceruleas quociens obitor ad undas
Nescio que pavidum frigora pectus habent
Nec minus hesterne confundor ymagine noctis — *Dicit se quam terreri sompnio quod ostendit nocte*
Quamvis sit sacris illa piata meis — *que hoc vidit in sompnis*
Namque sub aurora iam dormitante lucerna — *erat tempus dicit et lucerna fuit extincta*
Sompnia quo cerni tempore vera solent
Stamina de digitis cecidere sopore remissis
Collaque pulvino nostra ferenda dedi — *deposui me super pulvinar et dormivi*
Hic ego ventosas nantem delphina per undas
Cernere non dubia sum michi visa fide
Quem postquam bibulis illisit fluctus arenis
Unda simul miserum vitaque deseruit
Quicquid id est timeo nec tu mea sompnia ride
Nec nisi tranquillo brachia crede mari
Si tibi non parcis dilecte parce puelle
Que numquam sine te sospite sospes erit — *tu unda turbata expectes ut fiat placida*
Spes tamen est fractis vicine pacis in undis
Tu toto placidas pectore finde vias
Interea quoniam nanti freta pervia non sunt
Leniet invisas littera missa moras

Hic incipit xx^m

Accipe cidippe despecti nomē acontī
Illius in pomo qui tibi verba dedit

Acontius scribit Cidippi

Pone metum nichil hic iterum iurabis amanti
Periurā satis est te semel esse michi
Perlege discedat sic corpore languor ab isto
Quis est vlla parte dolore dolor
Quid pudor ora subit · nā sicut in ede diane
Suspicor ingenuas erubuisse genas
Coniugium pactamque fidem nō crimina posco
Debitus ut coniux · nō ut adulter amo
Verba licet repetas que demptus ab arbore fetus
Pertulit · ad castas me iaciente manus
Invenies illic · id te spondere quod opto
Te potius virgo quam meminisse deam
Nunc quoque idem timeo · sed idem tamen acrius illud
Assumpsit vires · auctaque flama mora est
Quique fuit numquam parvus nunc tempore longo
Et spe quā dederas tu michi · crevit amor
Spem michi tu dederas · meus hic tibi credidit ardor
Non potes hoc factum teste negare dea
Affuit et presens ut erat tua verba notavit
Et visa est mota dicta tulisse coma

Acontius quidam iuvenis fuit qui amavit Cydippen sed nō fuit ausus ei loqui ore proprio utpote ignobilis et ipsa nobilis. In templo diane scripsit hos versus in pomo
Iuro tibi sane per mistica sacra Diane me tibi venturum nuptam sponsamque futuram
Et illud pomum iecit ei et ipsa orante in templo diane. Illa vero noluit ei nubere. Perlecto pomo mittit ei epistolam hanc in qua vult ei suadere ne velit periurare quia sic offendit dianam ... Intentio est concedere de tullidicate

q.d. sicut in templo diane erubuisti ita et modo

s. pomum q.d. legas versus et nō invenias aliud nisi quod tu promisisti deberes

s. te nupturam michi te pomum

q.d. volo potius ut servias michi tue quam diane quia si illa me nocet fuit tu punire ab ea et timeo quod sis oblita iuramenti et nō cures hanc epistolam sicut pomum

longo i. amor qui prius non fuit parvus nunc spe pomi

ut fuerat confirmata per iuramentum

Decepta dicas nostra te fraude licebit
Dum fraudis nostre causa feratur amor
Fraus mea quid petiit. nisi quod tibi iungerer uni
Id me quod quereris conciliare potes — i. concordare vel quia potes bene sentire quod amo te
Non ego natura nec sum tam callidus usu
Solertem tu me crede puella facit
Te mihi compositis si quid tamen egimus arte
Adstrinxit verbis ingeniosus amor
Dictatis ab eo feci sponsalia verbis — i. callidus qui valet in foro
Consultoque fui iuris amore vafer — vel qui varia fecerit vel vafer i. valde afer quia in affrica sunt astuti homines
Sit fraus huic facto nomen dicarque dolosus
Si tamen est quod ames velle tenere dolus
En iterum scribo mittoque precantia verba — q. d. quicumque non laboras pro re quam amas non debes dici dolosus
Altera fraus hec est quodque grauis habes
Si noceo quod amo fateor sine fine nocebo
Teque petam caveas tu licet ipse petam
Per gladios alii placidas rapuere puellas
Scripta mihi caute littera crimen erit — interrogatiue legitur
Dii faciant possim plures imponere nodos
Ut tua sit nulla libera parte fides

Clivus ... est ascensus sive monticulus aliquis

Nulle doli restant clivo sudamus in uno — i. ut omnes sciunt te esse acceptam ... ab eo qui sudat in clivo

Ardor in exemplum nil sinet esse meus

Sit dubium possis me capi captabere certe

Exitus in dis est sed capiere tamen

Ut partem effugias non omnia retia fallis

Que tibi quam credis plura tetendit amor

Si non proficient artes veniemus ad arma

Inque mei cupido rapta ferere sinu — i. viriliter rapuit ut possem te habere

Non sum qui soleam paridis reprendere facta

Nec quemquam qui vir posset ut esse fuit

Nos quoque sed taceo mors huius pena rapine — quamvis mors sit pena tamen erit minor, quia causam meam habeo quod dicimus debeam mori si te rapuero tamen illa mors erit minor quam te non habere vel quod dicit potius volo mori quam te non habuisse

Ut sit erit quam te non habuisse minor

Aut esses formosa minus peterere modeste

Audaces facie cogimur esse tua

Tu facis hoc oculique tui quibus ignea cedunt

Sidera qui flamme causa fuere mee

Hoc flavi faciunt crines et eburnea cervix

Queque precor veniant in mea colla manus

Et decor et vultus sine rusticitate pudentes — quia decor habet pudorem ad rusticitatem

Et tetidis quales vix rear esse pedes

Thetis est dea aque quod dicit non dubito in quelibet parte tui corporis sis perfecta

Cetera si possem laudare beatior essem
Nec dubito totum qn tua ps sit opus
Hac ego compulsus no est mirabile forma
Si pignus volui vocis habere tue
Denique dum capta tu te cogare fateri
Insidijs esto capta puella meis
Invidia patior passo sua pmia dent[ur] s. p[er] herz te
Cur suus a tanto crimine fructus abest
Hesione thelamon breseida cepit achilles ze suo — audit qz quis debet hec primum dabo
Utraque victore nempe secuta virum
Qua libet accuses et sis irata licebit
Irata liceat dum m[ihi] posse frui — q. d. s. p[er] horam repulco te placabo te
Idem qui facimus facta tenuabimus ira[m]
Copia placandi sit modo parva tui — q[uod] posse ee tecum
Ante tuos liceat flente[m] consiste[re] vultus
Et liceat lacrimis adde[re] verba meis
Utque solent famuli cum verbera seva verentur
Tende[re] submissas ad tua crura manus
Ignoras tua iura no cur arguor absens — q. d. si vis me offendere debes me adte vocare qui sum absens et no nosti iura tua
Iamdudum dome more venire iube

Ipsa meos scindas licet imperiosa capillos
Oraque sint digitis aspera facta tuis
Omnia perpetiar tantum fortasse timebo — ne manus tua ledatur cum laceras me
Corpore ledatur ne manus ista meo
Sed neque compedibus nec me compesce cathenis
Servabor firmo vinctus amore tui
Cum bene se quantumque volet satiaverit ira
Ipsa tibi dices quam patienter amat — me
Ipsa tibi dices ubi videris omnia ferre
Tam bene qui servit serviat iste michi
Nunc reus infelix absens agor et mea cum sit
Optima non ullo causa tuente perit
Hoc quoque quod iussit scriptum in munera nostra — nichil aliud dicitur quam quod scriptum iussit
Est de me solo nempe querarsis habes
Non meum falli meritique dyana si non
Vis in promissum reddere redde dee
Affuit et vidit cum tu decepta rubebas
Et vocem memori condidit aure tuam
Omnia re careant nil est violencius illa
Cum sua quod nolit numina lesa videt
Testis erit calidonius aper sic sevus ut illa

Testis erit dicit quia cum Oeneus rex calidonie cunctis diis sacrificaret nisi dyane, ideo irata fuit, misit quendam aprum ut illius terram devastaret quem Meleager interfecit et caput atalante virgini dedit quod avunculi sui illi rapuerant, ideo eos occidit, sed altera mater sua eum per sapite fatale morti tradidit

Omnia re: quia non sit in re sicud ego dico in verbis quod nolo quod contingat vel in re sicud loquor verbis quia nullum malum debes pati a dyana

[illegible]

[illegible]

Sic magis in natum seua reperta parens
Testis et acteon quondam fera creditus illis
Ipse dedit leto cum quibus ante feras
Queque superba parens saxo per corpus oborto
Nunc quoque migdonia flebilis astat humo
Heu mihi cydippe timeo tibi dicere verum
Ne videar causa falsa monere mea
Dicendum tamen est hoc est mihi crede quod egra
Ipso nubendi tempore sepe iaces
Consulit ipsa tibi ne sis periura laborat
Et saluam salua te cupit esse fide
Inde fit ut quotiens existere perfida temptes
Peccatum totiens corrigat illa tuum
precor Parce mouere feros animose virginis arcus
Mitis adhuc fieri si patiare potest
Parce precor teneros corrumpere febribus artus
Seruetur facies ista fruenda michi
Seruentur vultus ad nostra incendia nati
Quique subest niueo leuis in ore pudor
sic sit meritis hostibus ut mihi esse tu doles | Hostibus et si quis ne fias nostra repugnat

Testis et acteon. Cum iste quondam iret venatum vidit Dyanam nudam et eam ipsa mutauit eum in feram et dilaniatus fuit a suis canibus. Postea Niobe habuit vii filios et tot filias et pretulit se Latone quia illa phebo et Dyane fuit coniuncta unde phebus filios occidit Dyana filias et ipsa mutata fuit in saxum. Dicere verum id est ipse meam causam quasi dicit ego timeo quod tu dices ista esse falsa causa mei. Egra pallas facit quod egra es. Sepe iaces quasi dicit ex quo vis alium nubere et me relinquere id est fiuare a Dyana

Apostrophe ad Dianam

Sic sit ut invalida te solet esse michi

Torqueor ex equo vel te nubente putare

Dicere nec possim quod michi esse velim

Maceror interdum quod sim tibi causa dolendi

Teque mea ledi calliditate puto

Inque caput meum domine periuria queso

Eveniant pena tuta sit illa mea

Ne tamen ignorem quid agas ad limina crebro

Anxius huc illuc dissimulanter eo

Subsequor ancillam furtim famulumque requirens

Profuerint sompni quid tibi quidve tibi

Me miserum quod non medicorum iussa ministro

Astringoque manus insideoque thoro

Et rursus miserum quod me procul inde remotum

Quem minime vellem forsitan alter adest

Ille manus istas et figitat et assidet egre

Invisus superis cum superisque michi

Dumque suo temptat salientem pollice venam

Candida per causam brachia sepe tenet

Contrectat que sinus et forsitan oscula iunget

Officio merces plenior ista suo est

tu dolens si es egra et si accipias maritum sic nubere vel nubere alii vel dolere

q. d. vellem quod periuria eius redundarent in me ut ipsa liberaretur ab infirmitate eius

Dicit se sepe venire domum eius ut possit scire quid agat [illegible] venire ob hanc causam

Primus tibi promisit nuras procere messes
Ad spes alterius quis tibi fecit iter
Iste sinus meus est mea turpiter oscula sumis
A michi promisso corpore tolle manus
Improbe tolle manus quam tangis nostra futura est
Postmodo si facies istud adulter eris
Elige de vacuis quam non sibi vendicet alter
Si nescis dominum res habet ista suum
Nec michi credideris recitetur formula pacti
Non falsam dicas esse fac ipsa legat
Alterius thalamo tibi nos tibi dicimus exi
Quid facis hic exi non vacat iste thorus
Nam quod habes et tu gemini verba pacti
Non erit ideo par tua causa mee
Hec michi se pepigit pater hanc tibi primus ab illa
Sed propior certe quam pater ipsa sibi est
Promisit pater hanc hec iuravit amanti
Ille homines hec est testificata deam
Hic metuit mendax hec et periura vocari
Num dubitas hic sit maior an ille metus

Apostrophatio fit ad illum qui habet sedeat apud Cidippen dicens cum nos habere sibi in ... quia sibi ante fit promissa

Tu forte dicis patrem eius promisisse sed quia hoc non habebis eam quia pater promisit tibi eam hoc non valet et hoc probat

Denique ut amborum conferre pericula possis

Respice ad eventus hec cubat ille valet

Nos quoque dissimili certamina mente subimus

Nec spes par nobis nec timor equus adest

Tu patis ex uoto grauior michi morte repulsa est

Hacque ego iam quod tu forsan amabis amo

Si tibi iusticie si recti cura fuisset

Cedere debueras ignibus ipse meis

Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua

Ad quid Cydippe littera nostra redit

Hic facit ut iaceas et sis suspecta Dyane

Hunc tu si sapias limen adire vetes

Hoc faciente subis tam seua pericula uite

Atque utinam pro te qui mouet ille cadat

Quem si repuleris nec quem dea damnat amaris

Et tu continuo certe ego saluus ero — ostendit quod plus est suam fidem quam dare sacrificia

Siste metum virgo stabili potiere salute

Fac modo polliciti conscia templa colas — q. d. si velis me habere saluum venias ad templum Dyane ut consulat et quid sit suam et consultum et quod seruis fidem

110 Non boue mactato celestia numina gaudent

Sed que prestanda est et sine teste fides

Ut valeant alie ferrum patiantur et ignes
Fert aliis tristem sucus amarus opem
Nil opus est istis. tu periuria vita
Teque simul serva meque datamque fidem
Preterite veniam dabit ignorantia culpe
Exciderat animo federa lecta tuo
Admonita es modo voce mea cum casibus istis
Quos quotiens temptas fallere ferre soles
His quoque vitatis in partu nempe rogabis
Ut tibi luciferas afferat illa manus
Audiet hoc repetens que sint audita requiret
Ipsa tibi de quo coniuge partus erat
Promittis votum, scit te promittere falsa
Iurabis, scit te fallere posse deos
Non igitur de me cura maiore laboro
Anxia sunt iste vite pectora nostra tue
Cur modo te dubia pavidi flevere parentes
Ignaros culpe quos facis esse tue
Et cur ignorat matri licet omnia narres
Nil tua Cidippe facta pudoris habent.

q.d. tempus non habebis istos morbos tu invocabis eam in partu Rogabis ponatur mirantem non vocat tibi tu in partu oportet te impetrare lucinam i. dianam
i. si sis exaudita a diana
illa dicet forte tu non curesti de sacris meis

Ordine fac referas ut sis in cognita pomum
Sacra pharetrate dum facis ipsa dee
Ut te conspecta subito si forte notasti
Restiterim fixis in tua membra genis
Ut te dum miror nimium nota certa furoris
Reciderant humero pallia lapsa meo
Postmodo nescio qua venisse volubile malum
Verba ferens doctis insidiosa notis
Quodque sit lectum sancta presente dyana
Esse tua victam numine teste fidem
Ne tamen ignoret scripta sententia que sit — s. versus pro dicendo termino et cetera
(interlinear: mini)
Lecta tibi quondam nunc quoque verba refer
Nube precor dicet cui te bona numina iungunt
Quem fore iurasti sit gener ille michi
Quisquis is est placeat quia placet ante dyane
Talis erit mater si modo mater erit — q. d. sic dicit [illegible] tua si sit vel pena
Sed tamen ut querat quis sim quousque videto
Inveniet nobis consuluisse deum
Insula corinthiis quondam celeberrima nymphis — erat cum dicto insula
(interlinear: insula)
Cingitur egeo nomine certa mari

narrat processum Illa in patria est nec si gnosa probabis
Nomina despectis arguet ortus avis
Sunt et opes nobis et sunt sine crimine mores
Amplius nec quicquam me tibi iungit amor
Appeteres talem vel non iurata maritum — i. si non iurasses deberes talem maritum appetere
Iurate vel non talis habendus erit
Hec tibi me in sompnis iaculatrix (sagittaria) scribere Phebe (diana soror phebi)
Hec tibi me invigilans scribere iussit amor — per virtutes meas i. si tu non esses iniusta met[us] ego certe tibi met[us] amore
E quibus alterius mihi iam nocuere sagitte
Alterius noceant ne tibi tela cave
Iuncta salus nostra est miserere meique tuique
Quid dubitas una ferre duobus opem — q. d. si feceris in ope te ego laudabo deos voce et sacrificio
Quod si contigerit cum iam data signa sonabunt
Tinctaque votivo sanguine Delos erit
Aurea ponetur mali felicis ymago
Causaque versiculis scripta duobus erit — scilicet talem versiculum scribet in pomo
Effigie pomi testatur Acontius huius
Que fuerant in eo scripta fuisse rata
Longior infirmum ne lasset epistola corpus
Clausaque consueto sit tibi fine vale

Cydippe rescribit Acontio

Pertimui scriptumque tuum sine murmure legi
Iuraret ne quos inscia lingua deos
Et puto temptasses iterum nisi ut ipse fateris
Iuratam scires me satis esse semel
Nec lectura fui sed si tibi dura fuissem
Aucta foret seve forsitan ira dee
Omnia cum faciam cum dem pia tura diane
Illa tamen iusta plus tibi parte favet
Utque cupis credi memori te vindicat ira
Talis in ypolito vix fuit illa suo
At melius virgo favisset virginis annis
Quos vereor paucos ne velit esse michi

Primus

Hanc epistolam scribit Cidippe Acontio in qua eius precibus timore diane consentit

Illa tamen quasi diceret ego habeam dyanam in veneratione tamen ipsa plus favet tibi quam michi

iusta plus non enim debet favere perfido nisi amanti cum ipsa sit dea castitatis
Utque tu diligis quod homines credunt quod ista vindicet in me suo i. cum ypolitus distractus esset dyana per castitatem reduxit eum ad vitam pristinam

Sui in quid [illegible] me
inquid ingeni

In nomine domini dom [illegible] sanctissima

A a b c d e f g h i k l m n
o p q r s t u x y Z

Mater dei regina   dn

In nomine domini [illegible] non

~~Domum tuam~~ o

Sum in ing

Odero si potero si non inuictus amabo

[illegible]

mort

In nomine domini no p p p

Sum in mo [illegible]

[illegible] Amen dico

mm

Amē nō habemus

In nomine domi Amē

mater dei Regina celi porta
Tu es singularis virgo pura Tu
o Tu peperisti creatorem et saluato
dubito Ora pro nobis Jesum tuum
ab omnibus malis :.

[illegible]

IV

Omnibus divina paciencia Abbas Monasterii Claretumbe alias de Mogila ordinis Cisterciensis Cracoviensis diocesis Iudex et Conservator iurium et privilegiorum Venerabilium et hon[orabilium]
et Circumspectorum virorum dominorum Rectoris .. doctorum Magistrorum ceterorumque Scolarium Alme universitatis Studii Cracoviensis vnacum infrascriptis in hac parte Collegis cum [illegible]
sula quatenus vos aut vnus vestrum per vos aut alium vel alios etc. per sedem Apostolicam specialiter deputatus vobis venerabili viro Magistro Mathie de Labischino Sacre theologie [professori]
[et] Custode ecclesie Collegiate sancti Floriani in Clepardia alias Florencie extra muros Cracovienses Salutem in domino et sinceram Caritatem litteras Sanctissimi in Christo [patris]
et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti eius vera Bulla plumbea in cordula Canapi more Curie Romane dependente Bullatas venerabili et Religioso v[iro]
Paulo Abbati Monasterii Claretumbe predecessori meo presentatas sanas salvas et integras non rasas non abolitas non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui p[arte]
suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nobis pro parte prefatorum venerabilium honorabilium et Circumspectorum virorum dominorum Rectoris doctorum Magistrorum et S[colarium]
universitatis Studii Cracoviensis predicte coram Notario publico et testibus ydoneis reproductas et representatas Nos cum ea qua decuit reverencia noverit recepisse huiusmodi sub tenore Martinus
Episcopus servus servorum dei dilectis filiis Abbati Monasterii sancte Marie in Claratumba Cracoviensis diocesis et .. Gneznensis ac .. sancti Iohannis Wratislaviensis Ecclesiarum decanis
[salutem] et Apostolicam benedictionem Et si cunctos quos Clericalis status includit adversus ledere quomodolibet conatus ex iniuncte fidelis servitutis Officio prompcius assistere debeamus affectibus illis d[...]
qui virtutum scienciarumque studiis operam et honorabilium bonorum notitiam pandere iusticie cuius tam generum [illegible] natale ius equa metitur rectitudine stabiliter fundamentum [illegible]
[illegible] secundum scientiarum studiis operam et honorabilium [illegible] potissimus nos decet conservatoris adesse presidiis idque tociens efficacius cum ut eos quietis et tranquillitatis munitos presid[iis]
sectatoribus semotis insistere non tepescunt/ potissimus nos decet conservatoris adesse presidiis Sane dilectorum filiorum Rectoris et universorum Doctorum magistrorum et Scolarium universitatis Studii Cracoviensis co[n]
cunctis oppressionibus atque turbacionibus velenemus Sane dilectorum filiorum Rectoris et universorum Doctorum magistrorum et Scolarium [illegible] Ecclesiarum prelati et Clerici ac Ecclesiastice persone tam Religiose quam Seculares necnon duces Marchiones Comites
[et] perpetuis [illegible] nonnulli Archiepiscopi Episcopi aliique Ecclesiarum prelati et Clerici ac Ecclesiastice persone tam Religiose quam Seculares necnon duces Marchiones Comites [illegible] et diocesum et
nec Nobiles milites et layci Communia Civitatum universitatum oppidorum Castrorum villarum et aliorum locorum et alie Singulares persone Civitatum et diocesum et pro[...]
parcium diversarum occuparunt et occupari fecerunt Castra villas et alia loca terras domos possessiones iura et iurisdicciones necnon fructus census Redditus et prove[ntus]
Rectoris doctorum magistrorum ac Scolarium predictorum et nonnulla alia bona mobilia et inmobilia spiritualia et temporalia ad Rectorem doctores magistros et Scolares predictos sp[ectancia]
et ea detinent indebite occupata, seu ea detinentibus prestant auxilium consilium vel favorem Nonnulli eciam Civitatum et diocesum ac parcium predictarum qui nomine domini invocatum va[...]
non formidant eisdemque Rectori doctoribus magistris et Scolaribus super predictis Castris villis et locis aliis terris domibus possessionibus iuribus et iurisdiccionibus fructibus cen[sibus]
redditibus et proventibus eorumdem et quibuscumque aliis bonis mobilibus et inmobilibus spiritualibus et temporalibus et aliis rebus ad eosdem Rectorem doctores magistros et Sc[olares]
spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas Quare dicti Rector doctores magistri et Scolares nobis humiliter supplicarunt ut cum eisdem valde
difficile [illegible] querelis ad Apostolicam sedem habere recursum providere ipsis super hoc paterna diligencia curaremus Nos igitur adversus occupatores detentores presumptores mo[lestatores]
res et iniuriatores huiusmodi illo volentes eisdem Rectori doctoribus magistris et Scolaribus remedio subvenire per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi
precludatur discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut vnus vestrum per vos seu alium vel alios, eciam si sint extra loca in quibus deputati estis
[...] natores et iudices prefatis Rectori doctoribus magistris et Scolaribus efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis eosdem super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus
Rectorem doctores magistros et scolares predictos spectantibus ab eisdem vel quibuscumque aliis indebite molestari vel eis gravamina vel dampna seu iniurias irrogari facturi dictis
Doctoribus magistris et scolaribus cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fuerit requisiti de predictis et aliis personis quibuslibet super restitucione huiusmodi Castrorum
villarum terrarum et aliorum locorum iurisdiccionum iurium et bonorum mobilium et inmobilium redditum quoque et proventuum ac aliorum quorumcumque bonorum necnon de quibuslibet
iniuriis atque dampnis presentibus et futuris in illis videlicet que iudicialem requirunt indaginem summarie de plano sine strepitu et figura iudicii in aliis vero prout qualitas
exegerit iusticie complementum, occupatores seu detentores presumptores molestatores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis st[atus]
gradus ordinis vel condicionis extiterint quandocumque et quocienscumque expedierit auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellacione postposita compescendo invocato ad hoc
si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii pape viii predecessoris nostri in quibus cavetur Ne aliquis extra suam civitatem et diocesim ni[si]
exceptis casibus et in illis ultra vnam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur Seu ne Iudices et Conservatores a sede predicta deputati extra civitatem et dio[cesim]
in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere sive alii vel aliis vices suas committere, aut aliquos ultra vnam dietam a fine diocesis eorumdem trahere presum[ant]
dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presencium non trahatur Seu quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violenciis ac aliis que iudicialem requirunt indaginem
penis in eos si secus egerint et in eos qui procurant adiectis Conservatores se nullatenus intromittant quam aliis quibuscumque constitucionibus a predecessoribus nostris Romanis
pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis que vestre possent in hac parte iurisdiccioni
aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obviare Seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede Apostolica indultum quod excommunicari suspendi vel in[terdici]
seu ultra vel extra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eo[rum]
locis ordinibus et nominibus propriis mencionem et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel
non insertam vestre iurisdiccionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris men[tio]
Ceterum volumus et auctoritate apostolica decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum eciam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedi[mento]
[...] Canonico prepeditus Quodque a dato presencium sit vobis et vnicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetua
et iurisdiccio attributa ut eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non inceptis presentibus et futuris predictis procedere ac si predicta om[nia]
singula coram nobis cepta fuissent et iurisdiccio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citacionem vel alium modum legitimum perpetuata exti[tisset]
Constitucione predicta super Conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstantibus Datum Rome apud sanctos Apostolos [illegible] anno [illegible]
Anno [illegible] Post quarum quidem litterarum [illegible] reproduccionem et represent[acionem] et per nos receptacionem [illegible] pro parte dictorum Rector[is] [doctorum]
magistrorum ac Scolarium fuimus cum debita instancia requisiti quatenus ad execucionem earumdem procedere [illegible] et aliis oportunis [illegible]
[...] personas [illegible] Rectori Doctoribus magistris et Scolaribus necnon quibuscumque personis Ecclesie sancti Floriani extra muros Cracovienses [illegible] Conservatorem dare et decernere dignaremur

Omnibus modis quibus

Per me iohannes

In nomine domini

Marianus:

V

VI

Iste liber est emptus pro 10 florenis

Ustendaauum est et dns
illius codicis dignus est
mala [illegible] dum tali
empa[illegible]

TEΛΟΣ